



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Dispvt. LXVIII. An præscientia Dei tollat arbitrij nostri. libertatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

tiarum duplex esse genus: quoddam est earum, quæ fiunt in materia necessaria, & vniuersales assumunt propositiones: & in his ita necessaria est connectio consequentis cum antecedenti, ut repugnet ex natura rei dari antecedens verum, & consequens falsum: assumit enim propositiones ex natura rei necessarias, & indicat consequentia ex necessitate naturæ sequi consequens ex illis: at vero cum consequentia est ex antecedenti singulari, nec reduci potest ad vniuersales propositiones, tantum indicat re ipsa consequens sequi ex illo antecedenti tanquam ex causa, etiam si posset non sequi: & ut hæc sit bona consequentia, satis est, si reuera consequens ex antecedenti sequatur, etiam si posset non sequi. Axioma vero illud, *In bona consequentia non potest antecedens esse verum, & consequens falsum*, intelligitur cum agitur de forma syllogistica, vel alia forma argumentandi, quæ debet dispositione constare, ut ea seruata in quavis materia nunquam sit antecedens verum, & consequens falsum. Illa vero conditionalis de futuro singulari non est forma aliqua consequentiæ secundum dispositionem terminorum, quæ seruari possit in varijs materijs: sed ex ea causa singulari solum colligit sequentium talem effectum: tunc ergo erit bona consequentia, quando reuera colligit, quod sequentium est: quando vero non est id sequentium, non erit bona. Adde etiam quod tunc aliqua esset variatio in causa singulari, hoc est, in cognitione, quæ præuenitur arbitrium, si non responderet: quia si arbitrium non responderet, non esset conigua cognitio: quæ variatio est in potestate nostra: ut d. p. 89. cap. 6. & 7. latius dicemus: quare non seruaretur eadem omnino forma: quia non esset eadem omnino cognitio, hoc est, cum omnibus circumstantijs, ut manifestum est, quocirca etiam in singulari consequentia possemus dicere esse determinatam formam, quæ seruata, nunquam potest esse antecedens verum, & consequens falsum.

Rogabit vero aliquis, quænam fuerit connectio in illa propositione, quam Elias dixit ad Ios Regem Israel, *Si percussisses quinquies aut sexies, sine septies, percussisses Syriam usque ad consummationem*. Respondeo solum esse connexionem ex promissione, & verbo Dei, qui Propheta reuelauit. Regem Ios percussurum ad consummationem Syriam, si ipse iaculo terram sexies, aut septies percussisset: & ideo veram fuisse propositionem illam, non ex alia connexionione reali causæ cum effectu.

Circa tertium Theologi nostri temporis vehementer laborant, ut assignent hanc scientiam futurorum sub conditione, sub aliquo membro vulgaris illius diuisionis scientiæ Dei, simplicis nempe intelligentiæ, vel visionis. Ego quidem non constituerem sub scientia visionis, sed simplicis intelligentiæ: nam visionis scientia videtur esse, quæ visioni corporali assimilatur: quia nimirum ad rem ipsam existentem terminatur: quod vero sub conditione futurum est, non est huiusmodi: quare potius videtur esse simplex quædam intelligentia horum futurorum sub conditione. Vel si placet doctrinæ, & claritatis gratia tertium membrum constituit, quid obest? Quod enim antiqui Scholastici, qui hæcenus scripserunt, tantum meminere simplicis scientiæ visionis, & simplicis intelligentiæ, parum interest: tum quia illi de hac scientia sub conditione nihil omnino disputarunt, sicut meminere: tum etiam quia illi non dixerunt,

omnem scientiam Dei in duo illa membra solum diuidendam esse, sed cum de scientia possibilium agebant, appellarunt eam simplicis intelligentiæ, dum vero de scientia futurorum, vocarunt eam visionis ob rationem dictam: quid igitur si nos aliam ponamus, cuius ipsi mentionem non fecerunt, neque negarunt. Demum dissensio hæc vocum est, & non rerum: atque in hac re varie loqui, non multum refert: ergo non est multum de illa curandum.

Ad illud, quod adducebatur ex Matth. ad probandum scientiam hanc in Deo esse coniecturam solum, iam satis diximus cap. 2. constat igitur, veram esse sententiam, quæ scientiam horum futurorum sub conditione, Deo tribuit: quantæ vero vilitatis nobis futura sit, in deorsu præcipue materie de prædestinatione, & gratia patebit. Fateor quidem interdum plures Theologos hæc abuti doctrina, dum multarum difficultatum nodos ea putant dissolui, cum tamen ad eorum solutionem nihil omnino conferat: quare ea moderatione in solutione difficultatum à nobis usurpanda est, ut non potius effugium excogitatum, quam vera, & natua difficultatis explicatio esse videatur.

DISPUTATIO LXVIII.

An præscientia Dei tollat arbitrij nostri libertatem?

Catholica doctrina contra Hæreticos exponitur, cap. 1: primum argumentum VVicleffii contra nostram libertatem, cui Catholici varie respondent, cap. 2. Due alia eiusdem argumenti solutiones, cap. 3. Vera solutio argumenti VVicleffii, cap. 4. Posterius argumentum VVicleffii contra eandem libertatem, cap. 5. Ideo rem futuram à Deo certo cognosci: quia futura est, non contra cap. 6. Corollaria totius disputationis, cap. 7.

CAPVT I.

Catholica doctrina contra Hæreticos exponitur.

Cum non solum in hoc loco, sed etiam infra tractatu de prædestinatione, de libertate nostri arbitrij futura sit disputatio; operæ pretium duxi in hoc cap. breuiter enumerare errores, qui de hac re fuerunt, atque Catholicam doctrinam paucis exponere, & confirmare: longius enim contra hæreticos nostram libertatem offendere, superuacaneum erit: tum quia res notissima est, & Barbaris etiam satis peruulgata; tum quia grænes aliqui auctores luculenter satis ex Scriptura, & Patribus hanc veritatem demonstrarunt. Tho. VValden tom. 1. lib. 1. art. 1. c. 2. & sequent. Alphonsus de Castro contra hæreses verbo, Fatum: Rossensis ar. 36. contra Lutherum; Ruartus, Tapper. ar. 7. Domin. Sor. li. 1. de natura & gratia, c. 15. Verga lib. 2. supra Concilium Trident. c. 12. & sequentibus: Franciscus Feuard. in annotationibus ad trenem, lib. 4. cap. 71. Cum vero de libertate est nobis controuersia, intelligenda est de libertate, quam appellant contradictionis, seu contrarietatis, non de libertate à coactione, dicitur autem libertas contradictionis, quia potest voluntas nostra velle aliquid, & non velle: contrarietatis vero, quia potest velle hoc, & oppositum: liberum autem à coactione idem est, quod sponte factum, estque

Ad tertium argumentum.

Scientia conditionalium est simplicis intelligentiæ, non visionis.

estque à principio intrinseco appetitus, & in bruta etiam reperitur. Cuius heretici igitur dissensio non est de libertate à coactione: omnes enim fatentur, nostram voluntatem hoc modo libere operari; sed nonnulli de libertate contradictionis, & contrarietatis aliter, quam Catholici sentiunt, è medio videlicet tollentes libertatem arbitrij, tamen non eodem modo hunc eundem errorem defendunt.

Fuerunt autem in primis Stoici in ea sententia, ut allererent, omnia fato euenire: ac proinde nihil libere, sed omnia necessario fieri: hunc errorem ipsis tribuit Aug. lib. 5. de ciuit. Dei, cap. 8. utrum necessitas hæc in eorum sententia ortum habeat ex ipsa natura voluntatis, an ex aliquo extrinseco principio, non explicat Augustinus. Carmina tamen Cleantes Stoici apud Senecam lib. 18. epist. quæ refert ibidem Augustinus indicare videntur necessitatem hanc prouenire ex principio extrinseco, quod fatum appellabant, siue esset stellarum concursus, aut feræ causarum omnium, siue beneplacitum Iouis: ea vero sunt.

*Duc me, summe pater alti dominator Olympi,
Quocunque placuerit, nulla parenti mora est.
Adsum impiger: fac nolle, comitabor gemens,
Malique parat, facere quod licuit bono:
Dicunt volentem sat, nolentem trahunt.*

Secundo refert Clemens Roman. lib. 2. recognit. in eodem errore fuisse Simonem Magum, &c. ut auctor est Aug. lib. de heresibus ad Quod vult Deum, cap. 35. Bardesanes etiam conuerlationes hominum fato adscribebat: arbitrij quoque libertatem ad peccandum abstulit Manichæus, ut est apud Hieronymum in proemio aduersus Pelagianos, Chrysostomus homil. 45. in Ioan. & Augustinus in lib. de heresibus cap. 6. & lib. contra Fortunatum Manichæum, postmodum dicebant enim Manichæi voluntatem nostram à contraria natura cogi ad peccandum; nempe ab appetitu membrorum, quem malam mentem appellabant.

Deinde Ioannes Wicleffus satis manifeste docuit, omnia, quæ eueniunt, etiam quæ per liberum arbitrium tam hominum, quam Angelorum fiunt, absoluta necessitate euenire. Hic eius error inter alios refertur in Concilio Constantiensi actione vltima, illius etiam meminit Thom. VValdens. tom. 1. lib. 1. art. 1. & 2. cum vero docet, necessitatem absolutam arbitrium operari, plane indicat, necessitatem hanc non ab aliquo extrinseco fato, sed ab ipsa natura facultate arbitrij prouenire, imo vero, & Deum ipsum hac absoluta necessitate operari asserere, ut scribit idem Waldens. c. 21. solum autem ipsis concedebat libertatem à coactione, quod sponte ab interno principio operarentur, libertatem contradictionis, & contrarietatis omnino negans, addit nihilominus ex alio capite non manere in homine libertatem, nempe ex Dei præscientia, de qua modo suscipitur disputatio, ut refert idem auctor cap. illo 12. & 25. Quod si alia non esset in homine necessitas, quam ex scientia Dei, non videretur absoluta necessitas, sed ex suppositione alicuius extrinseci: Ioannes Wicleffus absolutam quoque necessitatem esse dicebat.

Ioannem vero secuti sunt aliquibus abhinc annis Lutherus, Philippus Melancthon, Caluinus, & alij huius temporis Heretici, sed necessitatem absolutam ab innata voluntatis facultate prouenientem, non tam aperte in omnibus docuerunt. Ricar. ar. 7. multa ad verbum ex Melancthone refert, quibus asserit, consideratam ex se naturam

Vasquez in 1. part. Tomus 1.

hominis liberam esse ad externas operationes, idque experimento compertum esse; sed circa internos affectus nullam prorsus inesse voluntati naturam libertatem: quod nullus possit affectum amoris, aut odij moderari: addit tamen hæc verba ex Melancthone: Si ad prædestinationem quis referat humanam voluntatem, nec in externis, nec in internis operibus ulla est libertas. Similia verba ex Luthero recitat Rossetus ar. illo 36. Fallit hos miseros homines verum humanarum inconstantia, seu, ut vocant, contingencia: oculos enim suos stultos mergunt in res ipsas: operaque rerum, nec aliquando eleuant in conspectum Dei, ut res supra res in Deo cognoscant: nobis enim ad infinita spectantibus res apparent arbitrarie, & fortuita, sed ad superna spectantibus omnia sunt necessaria. Sunt alij, qui docent nostram libertatem prædestinatione Dei impediri, quos disp. 99. cap. 1. referemus.

Quocirca in præsentis disput. contra hereticos non solum nobis defendenda est libertas absoluta, orta ex ipsa natura voluntatis, verum etiam demonstrare debemus, nullam ex præscientia Dei sequi necessitatem, quæ libertatem eius ad utramque partem impedit: hæresis enim est, quoniam modo negare in nobis libertatem in operationibus deliberatis. Cæterum cum heretici contendunt, hanc extrinsecam necessitatem, quæ libertatem nostram omnino tollat, ex duplici capite prouenire, ex præscientia videlicet, & voluntate Dei, figillatim de viroque dissolvendum est: est enim cuiusque peculiaris difficultas, nec eodem modo dissolvenda; ut aliqui Theologi falso existimant: de præscientia Dei in hac disput. agendum est, de voluntate vero ipsius disp. 99. Sed antequam ad pugnam veniamus, statuamus firmum fundamentum Catholice veritatis contra omnes hereticos, quos hætenus commemorauimus, quo tota nostra disputatio, & doctrina spectare debet: illud igitur est, liberum hominis arbitrium in omnibus operationibus suis tam internis, quam externis deliberatis ita libere in vnam partem moueri, ut in contrariam possit: quæ libertas non solum innata est nostræ voluntati, sed etiam à nullo aliquo extrinseco agente lædatur: adderem ego, imo nec lædi potest.

In nobis autem esse hanc libertatem omnino illæsam, probant latissime Doctores initio capituli allegati, ex Scriptura, Concilijs, & Patribus: ad quos libenter lectorem remitto: nobis autem sufficiat definitio Concilij Trid. sessio 6. can. 4. & 5. & 6. ubi Patres declarant, in nobis etiam post peccatum vere non fuisse liberum arbitrium; ac proinde ad nostram iustificationem nos ita cooperari, ut dissentire possimus, & in nostra esse potestate vias nostras malas facere: eadem libertas astringitur eadem sessione cap. 5. quare non solum de fide est, necessitate absoluta nostrum arbitrium non operari; sed etiam nulla tali necessitate ad operandum de facto adigi, ut eius libertas lædatur, & vere non sit in eius potestate in vnam, aut aliam partem inclinari. Quare Thom. VVald. tom. 1. art. 1. cap. 28. & præced. dixit, non tantum errorem esse, concedere necessitatem absolutam in operibus arbitrij, sed etiam concedere respectivam, quæ tollat arbitrij libertatem: appellauit autem respectivam, quæ proueniret ex aliqua extrinseca causa antecedente: absolutam vero, quæ esset ex innata inclinatione ipsius voluntatis. Addidi vero, non solum non lædi libertatem nostram aliquo extrinseco, vel ali-

Hh

qua

4.
Ricardus.

Luthero.
Rossetus.

Quæ libertas, de fide sit in operibus nostris de liberatis internis, & externis.

Concilium
Trident.
6.

Waldens.

qua suppositione, sed neque posse laedi: si enim aliqua suppositione laederetur, id esset, vel scientia Dei, vel voluntate illius: de scientia in hac disp. id ostendimus: de voluntate vero disp. 99. quamuis, & in hac aliqua sit ibi cum nostris Theologis futura disceptatio.

CAPVTE II.

Prus argumentum VVicleffi contra nostram libertatem, cui Catholici varie respondent.

TOTIUS huius controuersie summa in diluendis hereticorum obiectionibus sita est, ex quibus multis alijs prætermis, quæ opponi solent, duæ sunt instar omnium, quæ si exacte a nobis fuerint explicatæ, non solum cætera hereticorum fallaciæ facile diluentur, verum etiam Catholica veritas non mediocriter illustrabitur.

Prior oppositio est apud S. Th. in hoc artic. 13. in 2. argumento, qua utebatur VVicleffus, vt auctor est VValdenf. tom. 2. artic. cap. illo 2. circa finem, & est huiusmodi. Deus præsciuit, aut prædixit Petrum peccaturum: ergo Petrus peccabit, consequentia est bona, antecedens necessarium, ergo consequens, nempe Petrum peccaturum esse, sed, quod est necessarium, non est liberum, quia non potest non esse: ergo non est liberum Petrum peccare. Hoc argumentum adeo efficax dicebat esse VVicleffus, vt assereret Armacanum 20. annos in solutione illius laborasse, & tandem vi eius coactum dixisse, Christum in ea prædictione errare potuisse. Quod si verum esset, ita dixisse Armacanum, affirmare quoque debebat, aut Deum illud futurum non cognouisse iuxta Ciceronis sententiam memoratam disp. 63. c. 1. aut etiam in eare, & qualiter alia futura cognoscenda decipi potuisse. Verum Thomas VValden. vindicat ab hac calumnia Armacanum, cum nihil tale in eius scriptis reperitur: ideoque imposturam inquit esse manifestam.

Huic argumento Catholici varie respondent. Quidam dicunt, hanc consequentiam non esse bonam, Deus sciuit, aut prædixit, Petrum peccaturum: ergo Petrus est peccaturus: antecedens enim semper est verum: consequens autem potest esse falsum: nam postquam Petrus peccauerit, iam amplius non erit vera hæc propositio, Petrus peccabit. Sed hæc solutio nullum habet momentum: nam cum dicimus, Deus sciuit Petrum peccaturum, non intelligimus pro quolibet tempore, sed pro tali: itaque nouit futurum peccatum Petri huic tempori, & præsens alteri, & alteri præteritum, sic autem quæ admodum in ea consequentia antecedens semper est verum, ita etiam & consequens.

Sit secunda solutio S. Th. quam adhibet secundo argum. in hoc art. ubi ait antecedens illud, Deus sciuit, aut prædixit Petrum peccaturum, esse quidem absolute necessarium: consequens autem, Petrus peccabit esse necessarium, quatenus subest scientiæ, aut prædictioni Dei, quæ est in antecedenti, hanc solutionem defendunt Caiet. & Thomistæ communiter, eamque explicant cum Doctore sancto hoc modo. Quoties in antecedenti ponitur verbum aliquod significans animæ operationem, aut voluntatis, aut cogitationis, consequens non est accipiendum secundum esse, quod res ipsa in se habet, sed quod habet in anima, quæ omnino diuersa sunt, vt si dicatur, Anima aliquid intelligit, ergo illud est sine materia, consequentia bona est, si in con-

sequenti res accipiat, prout in anima habet esse per intellectum: & sensus erit: Ergo res in intellectu habet modum sine materia, hoc est, esse intelligibile ei tribuitur ab intellectu sine materia, & per speciem nimirum omnino spiritualement. Ergo sic in consequentia argumenti propositi, consequens illud, Petrus peccabit, hoc modo debet intelligi: Petrus, vt est in conspectu Dei, peccabit: atque hoc pacto ita necessarium est, sicut antecedens: quia omne, quod est, quando est, necesse est esse; id est, si semel supponamus illud esse in cognitione Dei, necesse est in illa esse.

Hac præmissa doctrina respondent ad argumentum, antecedens illud, Deus sciuit Petrum peccaturum, esse quidem absolute necessarium, consequens autem, Petrus peccabit, non esse absolute necessarium; sed relictum ad antecedens, vt explicatum est. Cum vero dicunt, antecedens esse absolute necessarium, non ita intelligunt, vt oppositum natura sua sit impossibile: sic enim non est necesse, Deum scire Petrum peccaturum, vt infra ostendimus: quod si esset necessarium, consequens etiam eodem modo necessarium esse deberet. Intelligunt igitur, absolute esse necessarium antecedens, hoc est, sine alio additamento, quia cum dicimus, Deus sciuit hoc fore, non referimus ad aliud, quam termini significant: at cum dicimus in consequenti, Ergo hoc erit, non est necessarium, si verba ipsa solum attendamus: ceterum, vt subest scientiæ Dei, quod subintelligi debet in consequenti, necessarium est. Sic etiam interpretatur mentem S. Th. Ferrarien. 1. contra gentes, cap. 76. §. Sed tamen aduertendum: quo pacto ipse quoque S. Doctor loquitur eo capite.

Hanc solutionem impugnat Greg. Azimin. in 1. Hæc solutio diff. 38. q. 2. art. 3. in solutione cuiusdam argum. Primo, quia frustra conceditur antecedens illud, Deus sciuit, Petrum peccaturum, esse necessarium, est enim contingens, id autem quæ ratione verum sit, dicemus infra cap. seq.

Secundo arguit contra illam solutionem, quia regula, quam tradit S. Thom. vera esse nequit: nam quoties aliquis intelligit, rem aliquam esse talis, aut talis naturæ, seu proprietatis, & vere sic intelligit, vt est, nec in sua scientia decipi potest, optime inferitur, ergo res illa est talis naturæ: non solum in scientia illius, sed secundum se: ille namque dum aliquid affirmat de re, non de illa, vt est in intellectu, sed secundum se, illud enunciat: vt ex eo, quod Deus intelligit, vere hominem esse compositum ex materia, & forma, recte inferitur, ergo ita re ipsa, non solum in intellectu Dei, sic est compositus. Præterea exemplum, quod afferitur, non videtur accommodatum, quoniam cum intellectus intelligit rem aliquam, quæ materia constat, non affirmat, nec intelligit, eam esse sine materia, & (vt dicunt) immaterialem: si enim ita assereret, intellectus falleretur, sed ex eo, quod intelligatur ab intellectu spirituali, sequitur, rem illam habere in ipso modum spirituales, quem de re ipsa tantum prout est in intellectu enunciare possumus. Ergo cum argumentum, quod initio fecimus contra arbitrij libertatem, ex eo, quod Deus de re ipsa secundum se vere cognoscit, & enunciat, inferat, rem illam ita esse, vt si enunciat, fore, ergo Futura est; si enunciat, Petrus peccabit, ergo, Peccaturus est; consequens non tantum debet inferri, cum eo additamento, quod Thomistæ dicebant, scilicet, vt est in scientia Dei, sed etiam sine illo absolute, & secundum se.

Tertio,

11 Tertio, si consequens illud tantum inferretur cum illo additamento. *Ut subest scientia Dei*, esset inutilis consequentia, & nugatoria repetitio: perinde enim esset, sic colligere, *Deus scit Petrum peccatum: ergo Petrus peccabit*; atque dicere, *Ergo Petrus peccabit, est in scientia Dei*, quod idem omnino est cum antecedenti: ne igitur dicamus, hanc fieri repetitionem; dicendum est, consequens inferri absolute sine vilo additamento, prout res in se ipsa futura est. Quibus rationibus aliqui Thomistae oppressi fatentur, regulam illam non semper obtinere locum: & certe in proposita difficultate nullum locum eam habere, rationes predictae non obicere videntur ostendere. Quod si res ipsa futura, quatenus secundum se futura est, inferitur in consequenti; adhuc manet vis argumenti: quia si antecedens est necessarium, consequens enim eodem modo esse debet.

Caietani de
falsa
12 Caiet. in hoc artic. 1. §. *Quod ad secundum Gregorius*, ut regulam, quam S. Doctor assignauit defendat, aliter intelligendam esse formaliter: hoc est, quando consequens sequitur ex vi antecedentis, ut significat operationem animae: probat autem, quia haec operationes sunt immanentes: ergo nihil ponunt in re ipsa, circa quam verantur: ergo id, quod rebus conuenit ex his operationibus, non conuenit eis absolute, sed quatenus ipsis operationibus subiunguntur.

Vere est, sed
in se ipsum.
Ceterum, etiam si haec Caiet. doctrina vera sit, solutione argumenti propositi nullo modo accommodari potest: ratio enim eius solum probat, non posse nos de rebus absolute aliquid affirmare, quod ipsis solum per operationem animae conuenit: ut quod distinguantur, quae sola ratione nostra differunt; quod natura aliqua sit vniuersalis, &c. hoc autem parum refert, ut soluamus argumentum propositum: cum enim Wicleffus colligit hoc modo, *Deus nouit Petrum peccatum: ergo Petrus peccabit*: non colligit per intellectum tantum conuenire Petro peccatum; sed inferit, Petrum re ipsa peccatum: id quod vi illius consequentiae optime consequitur: ergo non oportet consequenti, Petrum peccabit, addere illud, quod Thomistae contendunt, scilicet, *Ut est in intellectu Dei*.

CAPVT III.

Dua alia eiusdem argumenti solutiones.

13 Vntalix duae solutiones Scholasticorum non infini nominis, & in scholis etiam semper usurpatae, quibus meo iudicio, non plene satisficit argumento Wicleff. ideoque placuit eas refutare, & impugnare, ut inde multo faciliorem, & veriorum colligamus. Primum ergo respondent aliqui, antecedens illius consequentiae esse quidem necessarium, & consequens similiter; sed consequens necessitate solum consequentiae, non consequentis necessarium esse: veluti in hac illatione, *Si currit, mouetur*, est quidem necessarium consequens, mouetur, sed necessitate solum consequentiae, eo quod necessario ex illo antecedenti inferatur: ex se tamen, hoc est, ex terminis non est necessarium: quod est esse necessarium necessitate consequentis, sic respondent argumento Albert. in 1. d. 8. art. 4. ad 1. Bonauent. artic. 2. q. 1. in solutione argumentorum, Ricard. q. vi. ad 1. Aegid. q. vi. ad 1. Scot. q. 1. §. Ad primum pro tertia opinione, Gab. q. 1. art. 3. dub. 8.

Verum haec solutio, nisi amplius explicetur, in contrarium, firma est: obijcere enim aliquis optime potest, in

Vasquez in 1. part. Tomus 1.

illo exemplo allato consequens illud, mouetur, deo esse necessarium necessitate solum consequentiae, quia necessario sub conditione ex illo antecedenti inferitur: sed sicut antecedens, *si currit*, est contingens, & nullo modo necessarium, sic etiam consequens, si ex terminis consideretur, tamen sub conditione ex illo antecedenti necessario sequatur: in argumento facto non solum consequens necessario sequitur ex antecedenti, sed cum antecedens sit necessarium, quod mutari non potest, nempe, *Deus scit Petrum peccatum*, sequitur consequens illud, *Petrus peccabit*, esse etiam in se necessarium, & non solum necessario inferri ex antecedenti.

Quod si respondeas cum S. Th. in hoc artic. in solut. 3. consequens esse necessarium ex suppositione, quod Deus scierit, & (vt aiunt in Scholis) in se, seu composito, non tamen absolute, & ex se, non supposita scientia Dei, quod vocat in sensu diuino; certe nisi magis declaretur solutio etiam mihi non placet: qui cum defendimus secundum fidem Catholicam libertatem arbitrii, non solum debemus eam asserere absolute, & ex natura voluntatis, sed etiam quocumque extrinseco appposito, ita vt à nulla extrinseca causa laedatur: nam, vt vidimus cap. 1. haeretici saltem contendunt, libertatem, quam ex se habet voluntas, scientia Dei, aut voluntate illius de medio tolli, quod cum illis recte in sensu composito saluari nequeat. Ergo superest vt explicemus quomodo cum necessitate, quae sequitur ex suppositione scientiae Dei, consequens sit adhuc in libera potestate voluntatis, nec inde quicquam laedatur libertas, aut minuat.

Deinde alij respondent, in illa consequentia, *Deus scit Petrum peccatum: ergo Petrus peccabit*, non esse antecedens necessarium, sed contingens; ponit enim Deus non scire illud, si statuisset Petrum ita praenire, vt non peccaret, quod sane optime facere potuit; ergo si antecedens contingens est, non sequitur consequens debere esse necessarium.

Ita soluunt argumentum propositum Bonauent. in 1. d. 38. art. 2. q. 1. in corpore, Albert. art. 4. ad 3. Ricard. q. 6. ad 7. Scotus q. 1. §. Ad argumenta quinta questionis, Okam q. 1. ante solutionem argu. Gab. q. 1. art. 2. post 5. conclus. Greg. q. 2. art. 3. in solut. cuiusdam argum. Dur. q. 3. ad 2. Marfil. in 1. q. 40. in solutione argumentorum, ad 4. & 5. rationem quaestri. & Ferrar. 1. cont. gent. c. 67. §. Sed tamen aduertendum. Cuius rei gratia de scientia Dei hoc modo philosophantur. Quamuis cognitio, quam Deus de rebus habet futuris, sit ipsiusmet essentia, quae non potest non esse, quatenus ad se est; amen quia dicitur habere rationem scientiae visionis, non quatenus est nuda essentia, & ad seipsam, sed prout respicit creaturas futuras relatione quadam rationis, vt 6. cap. explicabitur, qui sane respectus libere Deo conuenit, non necessario, sicut res ipsae futurae libere, non necessario, futurae sunt: ideo optime dicitur antecedens illud, *Deus scit Petrum peccatum*, esse contingens, non necessarium, quatenus de Deo enunciat scientiam futurorum.

Aliter vero dicendum est de scientia rerum possibilem; haec enim necessario Deo conuenit, etiam si supra nudam essentiam ad lat. relationem rationis ad creaturas posibles, quia sicut creaturae posibles sunt necessario posibles, sic etiam scientia, quam de illis Deus habet, necessario ei debet conuenire, hoc etiam modo censet Caietan. in hoc artic. §. Circa primum aduerte, satis se posse argum. superius facto.

Responsio S.
Th. ad ob-
iectionem.

14 Maiori ex-
plicatione in-
diget solutio
S. Thom.

Petior
solutio.

Bonauent.
Albertus
Scotus
Okam.
Gabriel.
Gregorius
Lupinus
Marphilus
Ferrarius

15

Caietanus.

1142

Adhuc

Difficultati
plen: non sa-
tisfacit.

16

Adhuc tamen oportet, rem amplius explanare cum non nihil difficultatis semper maneat: argumentum enim non contendit, futura esse necessario futura, si ex se, & natura sua considerentur; sed ex suppositione scientiæ Dei: atque ita nostram voluntatem ex se quidem, & natura sua liberam esse; ex suppositione tamen alicuius extrinseci esse necessario ad unam partem determinatam, atque adeo ab extrinseco saltem eius libertatem impediri, quod est etiam absurdum, ut supra notatum est. Nam si, supposita scientia Dei, necessarium est, Petrum peccare, neque in eius potestate situm est, scientiam Dei tollere, aut impedire, cum sit æterna; sequitur nec in sua positum esse libertate, impedire peccatum: atque eodem modo de illa consequentia, *Petrus ambulat, ergo calescit*, aut, *Petrus ambulat, ergo mouetur*, dicendum est, videlicet, si ex positione illius antecedentis necessario sequitur consequens, etiam si necessitas sit ex suppositione tantum, & tam antecedens, quam consequens natura sua non sit necessarium, sed contingens; nihilominus tamen, si non est in potestate alicuius, tollere antecedens, non esse ei liberum impedire consequens: quare ita necessarium ei esse moueri, & calescere, ut ad oppositum libertas non maneat.

Exemplum
visionis cor-
poris diffi-
cultatem non
suauat.

17

Quod si ulterius quis dicat, ex visione non posse oriri necessitatem aliquam ipsius rei visæ, quod enim quis videat alium ambulantem, nullo modo ipsum cogere potest: tamen bene sequatur, *Videt me ambulantem, ergo ego ambulo*, & antecedens sit necessarium ex necessitate, quia res quando est necessario dicitur esse, & consequens eodem modo; adhuc non videtur diffultati satisfieri. Quoniam si de visione corporis sit sermo, ita alius me videt ambulantem, ut in mea sit potestate, ipsius visionem impedire, nam ut ille me videat, expectat me ambulare: Deus autem ita me ab æterno nouit peccaturum, ut iam mihi liberum non sit scientiam aut murare, aut impedire: ille enim non expectat, sed scientia sua præuenit meam voluntatem.

Ferrariensis,
Quorundam
Thomistarum
placitum.

Refutat
Caicanius
primo.

Refutatur.

Tertio.

At dicunt aliqui Thomistæ cum Ferrar. loco superius citato, hanc propositionem, *Deus sciuit, esse quidem contingentem, si consideretur exterminis: sed necessarium solum necessitate immutabilitatis, quia videlicet scientia Dei de vera in falsam mutari nequit*. His tamen Caicanius occurrit, & probat, non solum hoc modo propositionem esse necessariam; sed etiam si verbum sit præteriti temporis, sicut præteritum necessario est præteritum, ut iam nulla potentia possit non fuisse, nec amplius in alicuius positum sit libertate: & hoc satis videtur, ut consequens quoque eadem ratione necessario sit, nec villo modo in nostra potestate. Imo vero etiam si dicamus antecedens cum verbo præsentis temporis esse necessarium eo modo, quo omne quod est, quando est, necesse est esse; satis videtur, ut consequens nulla ratione nobis iam liberum relinquatur. Nam præsens ita etiam est necessario præteritis, quando est, ut in nostra amplius non sit libertate, ut cap. seq. ostendimus. Denique etiam si antecedens illud, *Deus sciuit Petrum esse peccaturum*, sit tantum necessarium necessitate illa immutabilitatis, ut docet Ferrariensis, sequitur eodem modo consequens in nostro arbitrio amplius non esse, ut in posteriori argumento Wiclef.

si obijciemus. Ideo ut difficultas huius argumenti omnino tollatur, alio modo respondere necesse est. Mitto multa, quæ, *lib. de lib. arb. cap. 4. August. ad Aug.* ducit, ut propositam difficultatem expediat, ea enim mea quidem sententia non satisfaciunt.

CAPVT IV.

Vera solutio argumenti Wiclef.

UT tota difficultas argumenti propositi, & similium, quæ fieri possunt, explanetur, & arbitrij nostri libertas perspicue defendatur, quædam notatione digna præmittenda sunt, quæ non modo præsentis disputationi, verum etiam multis alijs, quæ de prædestinatione tractabimus, non parum deservire poterunt. Primo notanda est doctrina quædam Anselm. lib. de comoda præsentis, & prædest. c. 1. cuius meminit Alb. in 1. d. 28. art. 4. Ricard. ibidem q. ult. Alexand. 1. p. q. 24. m. 5. Holcot. Albertus. in 2. q. 2. art. 9. circa finem q. V. Vald. tom. 1. lib. 1. cap. 25. Ricard. & 28. & paucis indicant Boeth. lib. 5. de consolatio. ne prosa 4. ut cap. seq. referemus; ait itaque Anselmus, duplicem esse necessitatem, quæ res aliqua dicitur esse, aut fore necessario; una est antecedens, seu præcedens: altera est sequens, aut consequens: nec illitas præcedens nascitur ex causa, quæ præcedit effectum, & facit ipsum necessarium esse. Hac necessitate, ait Anselm. in tractatum oritur Sol; quoniam causa ad illum effectum necessario mouet. Subiungit, cum de hac necessitate sermo est, sic nos debere loqui, *Res erit, quia necesse est, tam fore*: hoc est, quia causa aliud facere non potest. Sequens vero necessitas, aut consequens, non ponitur ex parte causæ, nec facit rem esse, aut fore: sed consequitur rem ipsam, & effectum, quem dicimus necessarium esse. Cum dicit Anselm. hanc necessitatem sequi rem ipsam, non putat ex illa oriri, tanquam effectum ex causa, sed solum optima consequentia inferri ex ipsa rei positione: ob idque posset etiam comitatus appellari, quia rem ipsam, de qua dicitur, comitatur, & non præcedit: hoc modo dicimus, quod est, quando est, necesse est, esse: & præteritum necessario est præteritum, & futurum necessario fore. Nam ut acute notauit Anselm. hoc modo loquendi solum significamus, impossibile esse, rem simul fuisse, & non fuisse: quo sensu dicendum est, præteritum necessario esse præteritum. Eadem ratione impossibile est, simul aliquid esse, & non esse; & ita dicimus, quod est, quando est necesse est, esse: & impossibile est, aliquid simul fore, & non fore; atque adeo futurum dicitur necessario esse futurum. Doctrinam hanc paucis tradidit Aug. lib. 26. contra Faustum, c. 4. in fine, ubi ait: *Tam non possunt futura non fieri, quam non fuisse facta præterita*. Iubdit rationem, *quoniam non est in Dei voluntate, ut eo sit aliquid falsum, quo est verum*. Idem postea dixit Anselm. his verbis, *Deus facere non potest, ut simul futurum, non sit futurum*. Sequeretur enim, ut dixit Aug. eodem rem aliquam esse veram, quo est falsa: nam diceretur vere, cum diceretur futurum, quia futurum esset: & idem diceretur false, si diceretur futurum, quia futurum non esset: ergo eodem esset verum, & falsum. Hac autem necessitate dicit Anselm. futuram seditionem in populo, cras esse futuram: quod exemplum adducit Arist. c. 8. lib. 1. de interpret. de bello naualico: contra quem conatur meo iudicio Anselm. eo loco, probare, ex veritate propositionum de futuro, sequi aliam quam

18

Notatio
prima.
Anselm.
Albertus.
Ricard.
Alexand.
Holcot.
Boeth.
Ricard.
Anselm.
ex August.

19

Contrariet.
ex August.

20

Exempla
veritas
necessitas
ex August.

quam necessitatem, quæ non tollit libertatem, quam Arist. non est allecutus, ut infra videbimus. Vtrique vero necessitate præcedenti, & sequenti, inquit Ansel. futurum ortum Solis crastina die, esse futurum, nimirum ex causa, & quia cum sit futurus, non potest simul non esse futurus. Hinc etiam colligitur, diversa esse hæc duo, rem futuram, esse futuram, quod est necessarium; & rem esse futuram, quod est contingens, & liberum: sicut aliud est, lignum album esse album, & lignum esse album: quorum prius necessarium est, posterius vero contingens.

Secundo notanda est alia doctrina ipsius Ansel. quam sæpius repetit, & explicat Tho. Walden. atque nostro instituto mihi se accommodari potest: videlicet necessitatem illam præcedentem pugnare prorsus cum libertate: nam cum hæc necessitas proveniat ex causa præcedenti, quæ eo modo ad unam partem inclinatur, ut non possit in aliam; ex vi illius ita necesse est talem effectum oriri, ut nequeat libere oppositum fieri: libertas enim ex parte etiam causæ cum indifferentia ad operandum attenditur: hæc autem cum necessitate illa causæ esse non potest. At necessitas consequens, ut ijdē docent, non pugnat cum libertate, sed ipsam omnino illam relinquit; imo supponit: hæc enim necessitas est post omnem effectum, & determinationem causæ liberæ in eo tantum, quod futurum non possit simul non esse futurum, & præsens non possit non esse præsens, & præteritum similiter. Nam cum supponimus præteritum, aut præsens, aut futurum, non ab alia causa sic fuisse, esse, aut fore supponimus, quam ex causa libera, nulla præcedente necessitate, quæ ad id impellat: saluatur igitur integra prorsus nostra libertas, & cum indifferentia nostræ voluntatis, qua posset oppositum, supponimus de facto sic fuisse, esse, aut fore: quo posito deinde inferimus illam necessitatem, quæ cum posterior sit, aut saltem comitetur effectum in re positum, & simul cum eo sit, necessario erit post liberam determinationem, nec ipsam quoquo modo lædere poterit.

Tertio obseruanda est differentia, quam inquit Anselm. eodem cap. esse inter præteritum ex una parte, & futurum ex alia. Nam re præterita, non solum non manet iam potentia, seu libertas, ut præteritum simul non sit præteritum, verum etiam iam fieri nequit, ut res illa, quæ præterita est, non sit præterita. At circa præsens, & futurum aliter certe se habet potentia, & libertas. Nam licet non sit illa potentia, ut simul præsens non sit præsens, aut futurum simul non sit futurum, est tamen potentia, ut res, quæ est præsens, non sit præsens, & quæ futura est, non sit futura. Huius non reddi Arist. rationem, ea tamen facilis est. Nam tamdiu aliquis dicitur manere liber, & potens ad aliquid faciendum, & non faciendum, quamdiu se non reduxit in actum, sed quasi suspensus manet, ut quo velit, suam inclinet operationem: ergo quia agens iam operatus est rem præteritam, & illa iam non manet aliquo modo pendens ab ipso: ideo non potest ipsam reducere ad non fuisse: sed quia præsens operatur adhuc pender ab ipso operari, ut pro voluntate illius cessare possit: ideo res, quæ præsens est, fieri potest ab eadem potentia non præsens, & multo melius id, quod futurum est ab aliquo agente, adhuc sub illius ita manet potestate, ut possit non fore, quia nondum agens aliquis illius operatus est.

Ego vero adhuc differentiam constituerem in-
Vázquez in 1. part. Tomus I.

ter præsens, & futurum, quam etiam Ansel. non negaret. Nam præsens ex parte cōuenit cum præterito: ex parte vero cum futuro. Habet enim actum esse extra causas, quæ ratione cum præterito cōuenit, & ex hac parte iam nulli subditur potestati, ut non sit extra illas: tamdiu enim aliquem effectum dicimus manere in potestate alicuius, ut sit, & non sit, quamdiu non est extra causas, sed adhuc indifferens est: ergo res, quæ præsens est, non potest iam non esse præsens: & hoc non negaret Ansel. Sed præter hoc habet præsens aliquid commune cum futuro, quod nulla ratione cōuenit rei iam præteritæ: nimirum posse adhuc continuari, & permanere, vel desinere: & ex hac parte dicit Ansel. rem præsentem ita subdi nostræ libertati, sicut futurum. At vero futurum cum nihil habeat extra causas, adhuc dum est futurum, omnino libere in nostra potestate manet: de qua re iterum cap. 7. huius disp. fusius dicemus.

Ultimo denique præmittendum est id, quod Arist. ipso doctrina Patrum, & ratione vberius probabitur, scientiam visionis, quæ futura cognoscuntur, non esse causam rerum: imo vero nostro modo intelligendi, & quasi natura esse posteriorem. Nam eo quod res futura est, à Deo cognoscitur, non eo quod cognoscitur, futura est. Quare, ut bene obseruauit Ansel. eodem cap. in hoc modo loquendi, Deus præscit peccatum Antichristi, aut quid simile, etiam si non addatur futurum, includitur, & supponitur futurum. Cum enim præscientia sit futurorum tantum, eo ipso quod dicitur Deus aliquid præscire, supponimus, illud esse futurum. Quocirca si futurum necessario est futurum necessitate, ut diximus, sequenti, necessarium etiam eodem modo est præscitum, esse futurum.

Iam ad argumentum Wicleffi respondetur, argumentum erat, Deus scit Petrum peccaturum: ergo Petrus peccabit: antecedens est necessarium, ergo & consequens. Dico igitur antecedens illud, Deus scit Petrum peccaturum, non esse necessarium ex se, & ut aiunt, ex suis terminis confidendum, sed solum suppositione, quod Deus sciat, hoc est, non necessitate præcedenti, sed sequenti, quæ omne, quod est, quando est, dicitur necessario esse. Quare inde solum sequitur, consequens, Petrus peccabit, esse necessarium necessitate etiam sequenti, non præcedenti, quæ omne, quod futurum est, prout futurum est, necessario dicitur esse futurum. Hæc autem necessitas minime lædit, imo integram supponit nostram libertatem, ut prædictum est, si respondet arg. Alex. Alber. Ricard. VVald. in hoc e. à nobis citati. Quod si aliquis dicat scientiam Dei, alio modo esse necessariam, hoc est, immutabilem, & certissimam, quæ decipi non possit; & inde velit inferre, futurum, quod nouit, necessario esse futurum, quocunque genere necessitatis, eodem fere modo respondendum est, sed de hoc erit nobis ca. seq. tractandum.

Possit nihilominus aliquis ulterius urgere hoc modo, licet illud antecedens, Deus scit, aut, Deus scit, ea solum necessitate sit necessarium, quæ omne quod est, quando est, necesse est esse, hoc tamen videtur sufficere, ut consequens nullo modo maneat in nostra potestate: diximus enim in tertia notatione hæc præsens, & præteritum, quatenus sunt extra causas, necessario iam esse; ut non tantum præteritum non possit non esse præteritum, & præsens non possit non esse præsens; sed etiam

23
Res præsens
in necessitate
partim cōuenit
cum re
præterita,
partim cum
futura.

Ultima nota-
tio Dei præ-
sentia suppo-
nit rem esse
futuram.

24
Anselm.

Consans se-
lutione argu-
menti VV.
cleffi.

Alexand.
Albert.
Ricard.
VValden.

25
Obiectio con-
tra solutionē
hanc.

res præterita, aut res præsens, non possit iam non esse præsens, aut præterita: & ita non maneat ulterius in libera potestate aliquis: ergo si Deus iam præscit, aut præcivit, Petrum peccatum, non erit in eius, nedum in Petri libertate, non præscire: ergo eodem modo consequens illud, *Petrus peccabit*, erit necessarium necessitate quidem sequenti, ita tamen, ut non maneat iam in eius potestate: si enim manet, antecedens etiam manere debet. Respondet antecedens illud, *Deus præscit*, aut, *Deus præcivit Petrum peccatum*, esse quidem necessarium necessitate sequenti, quia dicimus, omne, quod est, quando est, necesse est esse: sed cum præscientia Dei, ordine quodam supponat Petrum peccatum, & rem, quam præcivit, esse futuram; eo quod essentia Dei cum respectu tantum ad rem futuram dicitur esse præscientia; & in vniuersum omnis scientia visionis suum obiectum supponit; dicendum est, eodem modo non esse in Petri libero arbitrio, non peccare, sicut etiam non est, Deum non præscire eum peccatum. Nam cum dicimus, non esse in Petri potestate, Deum non præscire peccatum eius; hoc tantum verum est, supposito, quod sit peccatum futurum: quoniam qui dicit præscire Deum Petri peccatum, supponit peccatum illud futurum, ut notauit Ansel. supposito autem quod sit peccatum, non est in eius potestate, non esse peccatum: quia futurum, ut futurum est, necessarium est futurum: & ita facta suppositione, quod Deus aliquid scit, non potest oppositum euenire, aut fieri: quia iam supponitur futurum, quod si oppositum dicamus de facto euenturum, iam tollitur suppositio scientiæ Dei: hoc tamen libertatem nostram non tollit, quia solum infert necessitatem illam sequentem, ut explicatum est.

Si Dei præscientia non supponeret peccatum futurum, aliter fieret liber.

Quod si præscientia Dei non supponeret peccatum futurum, & illa posita, necessario inferretur peccatum; sequeretur plane, peccatum futurum, sub alicuius libertate ulterius non esse, sicut nec scientiam dei. Nam scientia dei non esset in Petri potestate, quia ipse nihil posset supra id, quod æternum est, si futurum obiectum non supponeret: nec esset in potestate ipsius dei, quia omne, quod est, quando est, ita necessarium est, ut sub ipsius operantis arbitrio amplius non maneat; nisi, ut ulterius non perseveret, sicut in tertia notatione obseruatum est: & cum deus mutari nequeat ab eo, quod semel incepit, nec in illius sit potestate, scientiam suam non continuare; iam non esset ei liberum, non scire peccatum Petri futurum: ac proinde nec peccatum villo modo in libertate alicuius maneret. At quia præscientia dei, ut dicebamus, supponit rem futuram, etiam si ex præscientia sequatur, necessario rem esse futuram; inde tamen nulla prouenit causæ creatæ necessitas, ut in futurum operetur: cum præscientia dei ordine causæ libertatem non præueniat, sed quodammodo sequatur, ut cap. 6. dicimus: solum ergo sequitur necessitas illa sequens, quia futurum, hoc ipso necessario futurum est: quia, si præcitur, futurum iam futurum supponit. Recte igitur Beda in 8. tom. lib. quæst. q. 13. ait: *Quid ergo cogit nos Deus, ut mali sibi videremur ab æterno? absit, nam potius nos cogimus eum, ut nos malos videret: affert exemplum, quo xpi etiam Boeth. 5. de consolat. prosa 6. in his verbis: Si video iacentem aliquem, necessitas est non inferitur à visu meo, ut iaceat, sed potius à iacente inferitur mihi necessitas, ut videam, hæc autem coactio non est violenta, quæ contra*

Præclarum testimonium Beda.

Boeth.

internum impetum fieri dicitur; sed necessitas quædam, quæ rem futuram consequitur. Nam eo ipso quod res ab æterno futura est, necessario sequitur deum illam præscire, hoc est, essentiam dei ad illam referri, non tamen contra, ex eo quod Deus præsciat, res dicitur esse futura. Vnde August. lib. 3. de lib. arb. c. 4. ex eo ostendit, dei præscientia nostram libertatem non tolli, quia nec per præscientiam creatam tolleretur, putat enim equam esse vtriusque præscientiæ rationem, ut neutra libertatem nostram possit auferre. Quacunque igitur via nihil aliud ex dictis colligitur, quam antecedens illud, *Deus præcivit Petrum peccatum*, esse necessarium necessitate sequenti, quæ ordine quodam supponit futurum peccatum, & inde consequens illud *Petrus peccabit*, sequi eadem necessitate, quæ Petrus dicitur peccaturus, quo pacto neutrum est in potestate Petri; est tamen ei liberum, si velit peccare, vel non peccare, quomodo autem & scientia dei in eius etiam dicatur esse libertate, c. 6. explicabimus.

CAPVT V.

Posterius argumentum V. Vilelmi contra eandem libertatem.

Ad impugnandum quoque libertatem nostram, vtrius Wicleffus, & alij hæretici, arg. 3. loco adducto à S. Thoma in artic. 13. quod tale est. Præscientia dei certissima est, & falli non potest, ergo obiectum illius non potest aliter euenire, quam ipse præcivit; nam si aliter eueniret, præscientia eius falleretur, sed præcivit deus Petrum peccatum, ergo Petrus non poterit non peccare. Respondet S. Thom. in solut. 3. futura omnia, quæ deus nouit, relata quidem ad dei præscientiam esse necessaria, ex suis tamen causis considerata, aliqua esse libera, & contingencia, quocirca allerit, hanc propositionem, *Præcivit à deo est necessarium*, bifariam accipi posse, primum (ut ipse ait) de re, deinde de dicto, aut sicut in Scholis dici consuevit, in sensu diuiso, vel in sensu composito, de re, & in sensu diuiso est falsa, & sensus talis est. *Omne id, quod deus præcivit, necessarium est*, de dicto vero, & in sensu composito est vera, & sensus est huiusmodi, *Totum hoc dictum, scitum à deo esse, est necessarium*. Hanc doctrinam videtur tradidisse Boeth. 5. de consolat. prosa 6. ubi eidem argumento respondet his verbis: *Idem futurum, cum ad diuinam notionem refertur, necessarium; cum vero in sua natura penditur, liberum prorsus, atque absolutum videri*. Nos tamen videamur propter hunc sensum compositum, & ex suppositione scientiæ dei, talem necessitatem imponere nostræ voluntati, ut ab extrinseco saltem lædatur, quod neutiquam concedi debet Melancthon, & alijs hæreticis, cap. 1. commemoratis: ideo rem hanc magnis enodare necesse est. Respondet igitur, ut præscientia dei falli non possit, satis esse, si obiectum futurum sit necessarium necessitate sequenti: nec opus est, esse necessarium necessitate præcedenti: necessitas autem sequens, ut cap. superiori dictum est, non lædit libertatem, imo ipsam plenam & perfectam supponit. Ergo hac necessitate necesse est, omne præcivit à deo esse futurum: nam cum dicitur præcivit, ut bene notauit Ansel. iam supponitur futurum, etiam si id non exprimitur, futurum autem esse futurum necesse est, sed necessitate illa sequenti, quia omne quod est, necesse est esse, eadem igitur necessitate, & non alia necesse est omne præcivit

scitum à Deo esse futurum. Sic respondet *Anselm.*
op. citato, c. 10. & Wald. & alij. c. præced. notat. r.
 allegati: & hoc pacto dici potest in sensu compo-
 sito, necessario futurum, quod est præscitum, ita ut
 compositio secundum non aliam alterat necessitatem
 quam sequentem: at in sensu diuiso, hoc est, si non
 dicitur futurum esse futurum; sed rem illam esse
 futuram, non est necessarium: quia eo modo lo-
 quendi non significamus aliam necessitatem, quam
 præcedentem, quæ est ex parte causæ: hæc autem cum
 libertate voluntatis, ex qua res est futura, è diame-
 tro pugnat. Cum igitur præscientia Dei, ut infra
 videbimus, non sit causa rei futuræ, quinimo ordi-
 ne quodam tanquam obiectum rem futuram sup-
 ponat, sequitur necessitatem quæ res præscita dicitur
 futura, non esse præcedentem ex causa, sed se-
 quentem rem ipsam ex eo videlicet, quod, ut præ-
 sciatur à Deo, ex ipsa plena libertate supponitur
 iam esse futura. Quod vero præscientia Dei tem-
 pore rem ipsam antecedit, parum interest, ut ne-
 cessitatem præcedentem imponat: ad hoc enim
 opus erat ordine etiam causalitatis priorem esse:
 quia igitur ordine posterior est, ut cap. seq. osten-
 demus, nullam præcedentem necessitatem inferre
 potest: imo vero neque præscientia Dei rem futu-
 ram duratione præcedit, sed tantum rem præsen-
 tem: nam tam ab æterno est res futura, quam Dei
 præscientia: ergo si rem futuram, ut futura est, præ-
 scientia nec ordine causalitatis, nec duratione præ-
 cedit; inde voluntas nostra nullam necessitatem
 oppositam libertati contrahere potest. Decipit
 autem ignorantes, & rudes homines, quod vident
 præscientiam dei multo esse antiquiorem re ipsa
 præsentem, atque adeo sibi videtur non esse in sua
 potestate, antiquam illam dei præscientiam muta-
 re. Verum tamen, ut dixi, temporis duratio, & an-
 tecessio nihil omnino obest, quominus res præ-
 scita plene maneat sub arbitrij libertate; imo &
 ipsa præscientia dei, quodammodo sub ea etiam
 esse dicitur, ut seq. cap. explicabitur.

Solutionem hanc video mihi ex Boeth. quoque
 colligere lib. 5. de consolatione, prola 4. idem enim
 argumentum, quod fecimus, ita proponit. *Sed præ-*
scientia (inquit) *tamen est futuris eueniendi necessitas non*
est signum tamen est necessario ea esse ventura. Hoc est li-
 cet præscientia non sit causa futuri, est tamen si-
 gnum, & certa illius cognitio, quæ decipi nullo
 modo potest: ergo nec res potest aliter euenire.
 Respondet autem his verbis: *Hoc igitur modo, etiam si*
præcognitio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse
constaret: omne enim signum tantum, quid sit ostendit, non
vero efficit, quod designat: ac si dicat, si ex eo solum,
quod Deus præscit, sequitur euentus omnes esse
necessarios, etiam si nulla esset præscientia, neces-
sarii nihilominus essent. Nam scientia dei non est
 causa, ut euentus sint, sed tantum est signum de-
 monstrans, quales sint: hoc autem non potest, ne-
 cessitatem imponere causæ, ut operetur: quare om-
 nia quæstante præscientia, necessario operantur
 sine illa necessario etiam operantur: siquidem
 scientia solum indicat euentus à suis causis, & nul-
 lo modo mouet ad illos: cum igitur plures effectus
 ex causis proprijs sint contingentes, & liberi, ut ali-
 qui etiam hæretici fatentur, & manifestum est; se-
 quitur existente præscientia Dei, eos nihilominus
 liberos, & contingentes manere. Supponit quidem
 Boeth. euentus contingentes esse priores esse præ-
 scientia, & ita ex illa non posse aliquam præceden-

tem necessitatem contrahere, licet recte inferatur ex
 præscientia necessitas sequens, ut explicatum est.

Verum urgebit aliquis ulterius, si res futura ma-
 net omnino libera, & in potestate operantis, ut
 possit non esse futura, iam manet incerta, & falli-
 bilis: quomodo ergo scientia Dei circa illam, certa
 & infallibilis esse potest? Respondeo ex doctrina
 Capreoli in 1. dist. 40. quest. 2. art. 2. ad 1. contra secun-
 dam conclusionem, scientiam quidem dici posse cer-
 tam, aut incertam, fallibilem, aut infallibilem:
 dicitur autem infallibilis, quæ non potest aliud
 intelligere, quam est, ac proinde decipi nequit,
 ut si intelligit rem fore, non potest simul non fore;
 & eodem modo certa dicitur, quia semper
 veritatem ipsam attingit; contra vero dicitur sci-
 entia incerta, & fallibilis, quia verum pro falso ali-
 quando potest intelligere, & ita decipi; sed res ipsa
 aut euentus incepte dicitur incertus, aut certus, fal-
 libilis, aut infallibilis, quia res ipsa deceptionis ca-
 pax non est, sed dici debet euentus necessarius, aut
 liber, & contingens; vulgo etiam dicitur euitabi-
 lis, & inuitabilis, quoniam ita indifferenter eue-
 nit, ut non euenire possit; aut ita determinate, ut
 non euenire nequeat.

Hoc supposito, quod admodum loquendi, &
 proprietatem illius pertinet, ad argumentum di-
 co, posse simul esse præscientiam dei infallibilem,
 & certam alicuius rei futuræ, libere tamen, & eui-
 tabiliter rem illam esse futuram, si de necessitate,
 aut inuitabilitate præcedenti, quæ est solum ex
 parte causæ loquamur: nam si de sequenti sit ser-
 mo, necessario, inuitabiliter res illa præscita fu-
 tura est, ut autem scientia dei certa sit, satis est, si
 ipsa scientia infinitate sua semper ad id, quod vere
 futurum est, referatur, etiam illud libere futu-
 rum sit: nam cum scientia dei quodammodo ex-
 pectet rem ipsam, utrum sit futura, an non, quia
 ordine quodam re ipsa futura scientia dei poste-
 rior est; & intellectus dei talis virtutis sit, ut nihil
 verum ipsum latere possit, sed ad id, quod verum
 est, semper tendat, atque futurum omne aut sit de-
 terminate futurum, aut non futurum: sequitur
 Deum decipi, aut falli scientia sua non posse, quia
 licet obiectum aliter possit euenire, ipse tamen in-
 finitatem sui intellectus semper attendit, quo tan-
 dem de facto causa illa inclinabit, & quid inde fu-
 turum sit, nunquam ignorare potest: id quod se-
 quenti cap. exactius declarabitur. Quamobrem
 certitudinem scientiæ dei, ad infinitatem intellectus
 ipsius, quem nulla veritas latere potest, tanquam
 ad propria causam deduximus disp. 65. cap. vlt.

CAP. VI.

Ideo rem futuram à Deo certo cognosci, quia
 futura est, non contra.

UT firma maneat ea, quæ de concordia sci-
 entia Dei cum nostra libertate hæcenus di-
 ximus, necesse est fundamentum illud, quod e. 4.
 ultimo loco iecimus, amplius confirmare. Sunt
 enim aliqui recentiores Theologi, qui illud con-
 uellere moluntur, probantque in vniuersum, id-
 eo rem esse aut fore, quia à Deo cognoscitur, non
 contra id vero auctoritate, & ratione suadere con-
 tendunt.

In primis ex Aug. 5. de ciuit. c. 9. in fine ubi de causis
 creatis sic loquitur. *Ideo quicquid valent, certissime va-*
lent, & quod factura sunt ipsi, eo ipso factura sunt, quia
valent.

35

Ex Gregor.

Ex Schola-

sticis

S. Thom.

Origenis.

Albertus.

Bonavent.

Gregor.

36

Ratione cen-

firmatur.

Opposita sen-

sencia ven-

tior.

Patrum au-

thoritatem fir-

matur.

O'gen.

Iustin.

Chrysost.

Damas.

Cyril.

Hier.

Boeth.

Beda.

Aug.

37

valiturus, atque facturus ille præscit, cuius præscientia sal-
li non potest, & 13. de Trinit. c. 13. Vniuersas creaturas, &
spirituales, & corporales non quia sunt, ideo nouit (scilicet
Deus) sed ideo sunt, quia nouit. Idem habet 6. de Trinit.
cap. 10. Accedit Greg. lib. 10. moral. c. 23. alias 24. Nam
quacumque sunt (inquit) non ab æternitate ideo videntur
quia sunt, sed ideo sunt quia videntur.

Ex Scholasticis quoque huic sententiæ adsti-
pulari videntur, primum S. Thom. in hac quæst. art. 8.
ad 1. ubi testimonio Origenis, quo ille videtur as-
serere futurum esse causam scientiæ quam Deus
de illo habet, respondet intelligendum esse secun-
dum causam consequentiæ tantum, quia recte in-
fertur ex eo quod aliquid est futurum, illud à Deo
cognosci, non alio modo: sic autem recte colligi
potest causa ex effectu; ergo si res futura,
etiam si scientia sit causa rei futuræ. Deinde Alber-
tus in 1. d. 8. art. 3. Bonau. q. 1. & 2. & Gregor. q. 2. art. 3.
ad quoddam argumentum aliquantulum ante finem arti-
culi docent scientiam dei esse causam, ut res sint fu-
turæ, res autem futuras non esse causas diuinæ sci-
entiæ, secundum modum (inquiunt) essendi, sed
esse sibi mutuo causas inferendi, id est ex vno bene
aliud inferri; verbi causa, deus scit, Petrum pecca-
turum: ergo Petrus peccabit, & contra, in quo
cum S. Thom. plane sentire videntur. Ratione ve-
ro idem probatur. Nam si non solum, ex eo quod
futurum aliquid est, inferretur à deo præciti, sed
etiam quia futurum est, ideo à deo esse præcogni-
tum; debemus concedere, temporale esse cau-
sam æterni: res enim futura tempore finitur, scientia
autem dei æterna est: imo & creatum esset cau-
sa increati, scientia enim dei increata est, res autem
futura est creata.

Verum communi doctrina Patrum, & ratione
bene perspecta, res hæc extra controuersiam esset
si animus indagandæ veritatis potius, quam con-
tentioni esset intentus. Sunt enim in primis præ-
clara quidem Patrum testimonia, quibus doce-
mur ideo res aliquam à deo præsciri, quia futura
est, non contra, (an vero propterea res futura di-
cenda sit quodammodo causa scientiæ dei cap.
seq. declarabimus) sic tradunt expr. ille ex Græcis
Orig. in illud ad Rom. 8. Quos autem prædestinauit Iustinus
lib. quæst. a gentibus Christianis positurum q. 53. Chrysost.
Homil. 60. super Matth. explicans illud Luc. 17. Nece-
esse est scandala veniant. Da li. contra Manicheos, non longe à
fine Cyril. lib. 9. in Ioan. cap. 1. circa finem. Ex Latinis
Hieron. in illud Ezech. 2. Hac dies ad eos & in illud Ie-
rem. 26. Noli subtrahere verbum. Boeth. 5. de consolati-
onibus. Beda rom. 8. lib. quæst. quæst. 13. quibus addit
Aug. 3. de ciuit. c. 10. prope finem, qui quamuis de pec-
cato solum dicat, ideo esse à deo præcognitum,
quia futurum est, non contra; nisi tamen de omni
re futura idem existimaret. videlicet ideo à deo
præciti, quia futura est, non autem ideo futuram
esse, quia præcognita sit, neque de peccato alle-
gere posset, ideo præciti, quia futurum est: æqua
namque vtriusque ratio quoad hoc esse videtur.
Solum dicere posset, in quo cum eo ceteri conue-
nient, non ideo peccatum esse futurum, quia à
Deo præciturum, quo à nulla dei scientia, imò ne-
que voluntas possit esse causa peccati aliter, quam
omnium aliarum rerum: nam voluntas saltem,
imo & aliqua scientia dei causa earum esse potest:
ut infra diceretur. Alij vero omnes Patres de omni
re futura, non de solo peccato diserte loquuntur,

& asserunt non ideo rem aliquam esse futuram, Iustin.
quia à deo præscitur, sed ideo esse præcognitam,
quia futura est. Tamen Iustinus occasione acce-
pta peccati, de quo loquebatur, in vniuersum de
quocumque futuro illud asseruit, quod ex ipso
proxime retulimus.

Porro testimonijs adductis non satisfieri, si cum
S. Thoma dicamus Patres solum locutos de sola
causa consequentiæ, patet manifeste: nam, ut Lo-
gici dicunt, aliud est, vnum ex alio sequi conse-
quentia (ut aiunt) illatiua, seu conditionali, quam
inferri consequentia causali, illatiua enim solum &
conditionali re de reciprocantur futurum pecca-
tum, & scientia dei, quia inuicem coherent, qua-
re bene sequitur, Deus scit futurum peccatum, ergo pec-
catum erit, & contra similiter si deus scit futurum pecca-
tum, illud erit & contra: ac causali consequentia co-
modo certe inferri non potest peccatum ex scientia:
nullus namque audeat dicere, ideo futurum
peccatum, quia deus præscit. Et Patres citati
præsertim Aug. Beda & Chrysost. qui de peccato ex-
presse loquuntur, id aperte negant, ceteri vero eo-
dem modo de quavis re mundi futura: & sicut Pa-
tres negant ideo futurum peccatum, aut rem ali-
quam, quia à deo præscitur: ita continuo aliterunt,
ideo præciti, quia futurum est: vsurpant vero par-
ticulam causalem eodem modo: alioqui enim in-
ordinate loquerentur. Quare si particula, Quia, est
solum nota consequentiæ illatiue, vtrumque
plane concedere deberent, sicut si vterentur par-
ticula Ergo vel particula Si, cum igitur vnum ne-
gant, aliud concedant ut vidimus, sequitur parti-
culam, Quia, accipi in sua propria significatio: e &
modum causæ, atque prioris quodam modo deno-
tare, ut mox explicabitur.

Porro inter reliquos Patres Iustinus disertis
verbis affirmat, rem prius esse futuram, quam præ-
cognitam à deo, imò esse causam præscientiæ, sic
enim ait: Nec causa est eius, quod futurum est prænotio,
sed quod futurum est, causa prænotioris: quibus verbis
satis expresse affirmat, futurum esse causam præ-
scientiæ: quod autem sit prius futurum, non mi-
nus clare statim subiungit, Neque enim prænotionem
sequitur, quod futurum est, sed quod futurum est, prænotio:
similia habent Origen. & Hieron. locis citatis, ubi
placuit eadem ratione negare vnum, quoad aliud
affirmant: ac proinde si futurum non est posterius
ordine causæ ipsa prænotione, eodem modo de-
bere esse prius prænotione: nam si de sola illatione
consequentie sermo esset, prænotio & futurum le-
mutuo sequerentur, Ratione id ipsum probatur,
nam quæuis scientia supponit suum obiectum,
nam quod cognoscit, non dico quod facit, sed quod
cognoscit, ea saltem ratione, qua tanquam verum
ipsum cognoscit, sic adstruit Aug. 4. de Gene. ad li-
teram cap. 32. Neque enim, (ait) cognitio fieri potest, nisi
cognoscenda præcedant. Qui quamuis de cognitione
creata loquatur, idem ut diuina, quatenus solum
cognitio speculatiua est diceret, omnis namque in-
tellectus in vniuersum dicitur verus, quia intelli-
git aliquid esse, quod est, aut non esse, quod non
est, idcirco scientia, quam Deus de rebus possibili-
bus habet, supponit iam ipsas possibiles, ut infra
dispo. 10. latius ostendimus, non tamen facit esse
possibiles, idem ergo de scientia visionis dicen-
dum est, eam nimirum non facere suum obiectum
sed supponere, res autem futurae sunt obiectum
scientiæ visionis, ergo non ideo futurae sunt, quia
videntur,

videntur, quinimo ideo videntur, quia futura sunt. Id quod expresse docuit Boeth. 5. de consol. pro-
sa 4. quem c. p. ced. allegauimus, cum ait, prae-
scientiam Dei esse signum rei futurae, non tamen
efficere id, quod significat.

Dixi autem, quo iuris obiectum, quod cogno-
scitur prius esse scientia, qua debet cognosci, nam
si loquamur de obiecto scientiae practicae, quod est
opus ipsius, quatenus est eius effectus, eam non
anteceedit, sed potius sequitur. Sic res futurae com-
parantur cum scientia practica Dei, quam non-
nulli Scholastici vocant scientiam approbationis,
haec namque sicut ex Dei voluntate, tanquam ex
causa, vere futurae sunt, sicut etiam pendunt ex scien-
tia ipsius, quia hoc aut alio modo eas fieri dicitur, &
inducit, & in quorundam sententia solum habet
rationem iudicii, quod voluntatem praecedat, vel
ut alijs placeat, rationem etiam imperij, quod vo-
luntate subsequatur: utroque autem modo haec
nondum est scientia visionis, qua videntur futurae
sed antequam ex illa res intelligantur futurae, so-
lum circa possibilia versatur, eaque intelliges, hoc
& illo modo, ac tempore fieri, bonum esse iudicat,
& voluntati proponit, aut virtute illius imperat.
Quare decipiuntur, qui dicunt, scientiam visionis,
qua futura cognoscuntur, & esse practicae & spe-
culatiuae, cum sit omnino speculatiua, nam quae co-
gnoscit futura, ut reuera sunt futura, non facit illa:
licet hanc scientiam post decretum voluntatis
Dei esse intelligitur per quod res habet, quod sunt
futurae: prius igitur est scientia rerum, ut possibiles
sunt, & decretum voluntatis Dei, quam res sunt futu-
rae, haec namque duo sunt causa futuri, scientia au-
tem visionis nondum est, quousque res sit futura.

Quocirca Alex. 1. p. q. 24. m. 2. Albertus. Bo. & Greg.
locis in hoc allegatis cum Magistro in 1. d. 3. recte
admonent, duas in Deo scientias esse, alteram ap-
probationis, quam nos practicae vocauimus, &
hanc inquit esse causam rerum futurarum: at-
que ideo res esse futuras, quia sciuntur. Alteram
vero speculatiuam, qualis est scientia visionis: haec
enim, ut diximus, practica esse non potest & hanc
dicunt non esse causam futurorum neque ideo res
esse futuras, quia sciuntur. Habemus ergo ex sen-
tentia horum, non ideo res esse futuras, quia prae-
sciuntur esse futurae: & quamuis Alex. neque asse-
rat, neque neget ideo res futuras praesciri à Deo,
quia futurae sunt, Mag. tamen Alber. Bonauent. &
Greg. imo Hugo de S. Victore eam causalem ma-
nifeste concedunt, ut in solutione rationis contra-
ria patebit.

Ex his primum ad testimonia nobis opposita in
principio respondetur. Ad Aug. dico, illis tribus
locis ipsum loqui, non de scientia visionis, qua res
futurae praecognita sunt, sed de scientia practica,
quam circa res possibiles, ut obiecta cognita, ver-
sari diximus; de hac autem recte dicitur, ideo res
futurae esse, quia à Deo cognoscuntur: nam alibi
ipse Aug. etiam à nobis allegatus, loquens de sci-
entia speculatiua visionis, aperte dicit, ideo pecca-
tum esse à Deo praecognitum, quia futurum ean-
dem autem rationem esse docuimus peccati, futuri,
& cuiuslibet alius rei, ut si ideo peccatum
praescitur, quia futurum est, idem de omnibus re-
bus futuris dicendum sit.

Quod si velimus testimonium August. 5. de ciuit.
c. 9. de scientia rerum futurarum speculatiua, quae
proprie praescientia dicitur, intelligere (nam eo

loco non vitur nomine scientiae, sed praescientiae)
possumus respondere, Aug. non dixisse simpli-
ter, praescientiam esse causam, ut res sit futura,
sed ut causae certissime dicantur valere, quicquid
valent, & omnino facturae sint; causam inquam
esse praescientiam Dei, quae falli non potest: qui-
bus verbis solum contendit, assignare propriam
causam certitudinis & (ut ita dicam) infallibilita-
tis rerum. Haec enim ut c. p. ced. notauimus, non con-
uenit rebus, sed intellectui qui proprie falli dicitur
aut non falli: quod igitur res dicantur certissime
futurae, aut causae certissime operaturae, aut omni-
no operaturae, causa est praescientia Dei, Quae falli
(inquit August.) non potest. Cum vero dicit, omnino
facturae, accipit particulam omnino, pro certissime,
& totum refert ad intellectum, ut explicatum est.
Adde etiam, quod August. lib. 15. de Trinit. cap. 13.
non negauit ideo res à Deo cognosci futuras, quia
futurae erant, sed non ideo cognosci, quia sunt, in-
telligit, praesenti tempore. Id autem verissimum
est, quia licet ex futuris rebus, adueniat Deo ab
aeterno nouus modus scientiae, nostro modo intel-
ligendi, quam vocamus scientiam visionis, quae
non esset in Deo, si nihil esset futurum addito so-
lum respectu rationis; tamen ex rerum actuali exi-
stentia, & praesentia, non aduenit Deo nouus mo-
dus sciendi, nostro etiam modo intelligendi, vel
solo adhuc respectu rationis addito. Et ita conten-
dit August. praesentia rerum nihil à Deo sciri, quod
antea non sciretur, ille enim ab aeterno nouit rem
futuram relata ad hoc tempus, & eandem rela-
tam ad aliud nouit praesentem, & praeteritam. At
vero ex eo, quod res sunt futurae, aliquid nouit ab
aeterno, quod non nouisset, nisi futurae essent, addi-
to tamen solum respectu rationis: cum vero dicit,
res ideo esse quia Deus scit, loquitur etiam de
rerum praesentia, cuius dicit esse causam scientiam
Dei, non quidem rerum futurarum, quae est solum
scientia visionis, & speculatiua; sed eam quae est
practica & fertur ad res possibiles, ut explicatum
est. Ad Greg. respondeo, non negare ideo res fu-
turas à Deo cognosci, quia futurae sunt; sed quia
praesentes: contendit enim necessarium non esse
rerum praesentiam, ut res cognoscantur à Deo sicut
est necessaria, ut à nobis sciuntur: neque dixit ideo
res esse futuras, quia à Deo cognoscuntur, sed ideo
esse praesentes, loquebatur enim de praesentia ob-
iectiua, ut supra disp. 64. c. 3. notauimus, & ita opti-
me dixit, ideo res esse in Deo praesentes, quia vi-
dentur. Est enim ipsa cognitio ratio formalis prae-
sentiae ipsarum.

Ex Scholasticis vero, quos pro opposita senten-
tia allegauimus, mihi solum difficultatem ingerit S. Th.
cum enim agit eo loco de scientia speculatiua vi-
sionis, adhuc tenuit concedere, res esse causam
praecognitionis Dei: idcirco causalem illam, Eores à
Deo cognoscuntur, quod futurae sunt, quam ipse ex Ori-
gine sibi obiecerat, putat intelligendam solum de
causa inferendi, quia recte sequitur si aliqua sunt
futura, ea à Deo cognosci: tamen si talis cognitionis
non sint causa. Sed forsitan id tantum voluit doctor
Angelicus, quod B. Bonau. Al. & Greg. pro con-
traria opinione initio citati dicere voluerunt:
nempe res futuras non esse causam scientiae Dei
quoad modum (ut ipsi dicunt) essendi, hoc est,
non esse Physicam causam à qua ipsa scientia Dei,
quae est eius substantia, & essentia secundum esse
pendeat: quod verissimum est. Addunt vero, res
futurae

Aug. tantum
negat res à
Deo cognosci
quia sunt
non quia fu-
turae sunt.

34

Eodem modo
Greg. loqui-
tur.

44

Mens S. Tho.
& aliorum
Scholast. ex-
plicatur.

Bonau.
Alber.
Greg.

45

Gregor.
Marfil.

Apertum
Hugonis te-
stimonium
pro aeterna
scientia.

Magister.

46

Ratio opposi-
ta scientia
sequitur.

47

futuras esse causam præscientiæ Dei, quoad mo-
dum denominationis, quod licet expresse non as-
serat S. Thom. nulla ratione negaret. Etenim præ-
scientia Dei supra nudam ipsius essentiam, non est
aliquis actus elicitus, sed essentia ipsa, addito so-
lum respectu rationis, qui necessario præcedit ex
rebus futuris, ut futurae sunt, a citur præscientia,
que alias est ipsa substantia Dei, & per respectum
etiam rationis ad res, ut possibiles, dicitur scientia,
quam Scholastici appellant simplicis intelligen-
tiæ: nam futurorum, scientiam visionis, aut præ-
scientiam vocant. Recte igitur asserit, ideo Deum
præscire futura, & eius substantiam, aut scientiam
habere respectum futuræ, ex quo nihil reale Deo
aduenit ut dicitur 78. futurus demonstrabitur. Ideo
Greg. loco allegato & Marfilan. 1. q. 40. ad 5. rationem,
plane docent, præscientiam Dei ordine quidem
esse posteriorem rebus futuris, ut sequenti cap. et-
iam dicemus: hoc tamen non negaret Sanctus Do-
ctor, ac proinde in hunc sensum concederet illam
propositionem, Ideo præsumunt futura, quia futura
sunt.

De doctrinam hanc non obscure indicavit Hugo de
S. Victore lib. 1. de Sacramentis parte 1. c. 16. ubi ait: Si futu-
ra non essent, in Deo præscientia non esset: sed ex hoc nihil o-
minis in Deo fuisset, quia ipsa qua præscientia est scientia
fuisset: quasi dicit, eadem essentia Dei maneret, quæ
esset, et cum possibilem scientiam, sed cum non ha-
beret respectum ad futura, præscientia non dice-
retur: solumque Deo denominatio, & respectus
rationis decideret: est igitur futurum causa nomi-
nationis, ut dixerunt Alber. Bonau. & Gregor.
Quamobrem Magister, in ea 8. d. noluit futura ap-
pellare simpliciter causam præscientiæ Dei, sed so-
lum dixit esse causam siue qua non, ut hunc mo-
dum causalitatis non per Physicum aliquem influ-
xum realem, sed per modum obiecti, & fundamen-
ti relationis assereret: & cum dixit esse causam siue
qua non, plane denotavit, non esse aliquid comi-
tans, sed præcedens præscientiam Dei, ut præsci-
entia est: quare & causalis illa prædicta in eius ten-
entia concedenda est.

Deinde perspicui patet, quam parum probet
opposita ratio: cum enim dicimus rem futuram
esse causam præcognitionis Dei, non significamus
esse Physicam causam alicuius existentis in Deo
realiter, quæ in ipsum Deum reipsa operetur, vel
quidpiam influat, sed solum dicimus, ille causam
respectus, & denominationis, ob quam scientia
Dei præscientia nuncupatur. Quare nec creatum
ponitur vera causa in creati, imo nec temporale di-
citur causa alicuius æterni, nam licet præscientia
Dei dicatur æterna, quia fundamentum sufficiens
est, ut ab æterno scientia Dei dicatur præscientia,
& res præcognita tempore incipiat existere & eo-
dem finituri: ita tamen ab æterno futura est, sicut
ipsa præscientia: cum vero res dicitur causa præ-
scientiæ secundum denominationem, & respec-
tum rationis, quia fundamentum illius est, intel-
ligitur esse causa, quatenus futura, non quatenus
præscens: ergo non assignatur temporale causa
principalis alicuius æterni, neque aliquid creatum
alicuius increati. Porro autem rem ab æterno fu-
turam esse, neque in tempore incipere esse fu-
turam, manifestum est, & læpius in hac disp. 66. no-
tauimus.

EX dictis in hac disp. aliqua colligere licet no-
tatione digna quæ doctrinam hactenus a no-
bis traditam non medocriter illustrant: pri-
mum est id, quod docuerunt Greg. in 1. d. 8. q. 2. d. 3.
in responsione iussit ad argum. prope prius, & Marfilan. in 1.
q. 10. in solutionibus argum. eorum ad quamvis ratio-
nem: scilicet in nostra natura esse potestatem, Deum
præscire futura, quæ ex nostra voluntate futura
sunt: id autem probant. Nam cum præscientia Dei
supponat rem esse futuram, & quælibet res hodie
a nobis futura sit in nostra potestate: efficitur præ-
scientiam etiam videri quatenus præscientia est, in
nostra etiam potestate esse, hoc est, quod Deus
præsciat aliquid esse futurum, vel non futurum,
nobis liberum est. Hoc tamen non est ita intelli-
gendum, ut dicamus, nos posse mutare præscien-
tiam, quam semel ab æterno in Deo esse supponi-
mus, ut propter nostram libertatem in Deus ex vno
in aliud mutetur: id enim fieri nequit, etiam si lo-
quatur de sola mutatione respectus, & relationis
rationis ob quam diximus scientiam Dei præsci-
entiam appellari, non quia ex hac sola variatione
sequeretur, in Deo esse incommutabilem aliquam mu-
tationem, solum enim esset mutatio respectus ra-
tionis: quæ ex genere suo Deo non repugnat, ut
in alijs constat: sed ideo non possumus præscien-
tiam Dei, quam de re aliqua futura semel suppo-
nimus, mutare, quia eo ipso, quod dicimus, De-
um aliquid scire, etiam affirmamus ipsam futu-
ram: ut eadem cap. 4. ex Aristoteli notauimus, cum
asserimus, Deum præscire rem aliquam, eo modo
loquendi ab quo vltro alio additamento dicimus
quod scire rem illam fore: ergo cum necessarium sit
rem futuram esse futuram, nec oppositum in no-
stra sit potestate, ut eodem modo etiam probamus:
fit, ut neque in nostra libertate possumus fieri, quod
a Deo præscitum, non sit præcognitum: esset enim
etiam nobis liberum facere futurum non fore,
quando est futurum. Quare cum dicimus, in no-
stra esse potestatem, ut Deus ab æterno aliquid præ-
sciat, considerare debemus etiam scientiam Dei, antea-
quam relatione ad futura habere dicatur rationem
præscientiæ: ac proinde anteaquam supponamus,
aliquid esse futurum: sic autem quemadmodum
in nostra dicitur esse potestatem omne id, quod a
nostro libero arbitrio futurum est, eo quod etiam
si ab æterno futurum sit, a nobis non ab alio fore
futurum est: eodem modo intelligemus in nostra
scire esse potestatem, ut Deus qui ante quam res sit
futura, eam non præscit, illam ab æterno præsci-
deat. Quia si nos ex nostra libertate illam non esse
mus scituri, nec ab æterno esse futura, nec Deus
illam præscire: tempore autem mutari non potest
etiam respectus ille rationis, ex quo præscientia
dicitur: tamen relatio creatoris, & homini possit
variari, quia virtus infinita diuini intellectus non
expectatuentum in tempore, sed cum ab æterno
præuenit. Cum enim res quæ in tempore futura
est, ab æterno futura sit, & una pars tantum con-
tradictionis, distincte ex voluntate nostra futura
sit, licet opposita etiam possit esse, quo sufficenter
saluatur libertas, ut dicitur p. 66. c. 2. prædictum est, ea-
que ab æterno ad diuinum intellectum referatur
ut obiectum intelligibile; consequitur eam patrem
ab

ab æterno præciri: cumque diuinus intellectus falli non possit, sed eam partem semper intelligat futuram, que futura est, etiam, vtarbitrium in tempore nihil facturum sit, quod Deus ab æterno non nouerit: & ita quomuis in nostra sit potestate. Deum præcire rem aliquam, sicut ipsam quoque futurum esse, liberum tamen nobis non est, præscientiam Dei, quam de vna parte contradictionis esse supponimus, in aliam mutare.

[illegible]

10
Hanc. Viſit.

eram p. c. 18. diſtulum expreſſit his verbis, *Quod ſi
cream, quæ futura dicuntur, non eſſet futura, non fuiſſet ſcita ſa-
tura à Deo, ſed non futura: & ita nunquam de vno in aliud
mutatur Deus.* Et cap. 17. docet non prius rem fuiſ-
ſe præſcitam, quam futuram, ſed ab æterno præſci-
tam, & ab æterno futuram: loquitur vero de prio-
ri ſecundum durationem, nam ordine nature
prius eſt, rem eſſe futuram, vt ſupra probauimus.
Denique cap. 2. ait: *Poſſibile eſt non fieri, quod futurum
eſt, quod non fieret, nunquam futurum fuiſſet, nec præſci-
ſum.* Ex quibus omnibus manifeſtum etiam eſt,
quam falſo recentiores aliqui erroris inſinula-
runt Nominales, quod affererent in noſtra poſ-
ſibile eſſe liberatè, & ſcientiam mutare, vt quod
ſupponitur iam ab æterno præſcire, deinde non
præſciat in enim neque dixerunt, nec ſomniantur:
ſed ex eorum doctrina, v. à nobis explicata eſt,
impoſſum perſeque colligitur.

Diſcreta
hanc ſcriptu-
ram. Viſit.

Secundo est obseruanda differentia quedam inter corpoream visionem, & præscientiam Dei: nam quamuis exemplo corporeæ visionis, quæ nullo modo libertatem tollit rei viæ, optime probent Bedæ, & Boeth. supra allegati cap. nihil nostræ libertatis auferri ex diuina præscientia; quia tamen visus corporeus solum videt rem præsentem, nec villo modo futuram præueniri; posito, quod rem aliquam factam à libero arbitrio videt præsentem potest ab ipso libero arbitrio impediri, ne eam videretur videat, ac proinde villo potest mutari; propt̃ homo, qui obiectum libere proponit, voluerit, tamenit facere nequeat, vt visus ipsam rem præsentem non intueatur, quia omne, quod est quando est, non potest non esse, vt supra explicauimus, nec iam amplius in nostra est potestate, vt id quod fit, pro præsentem non fiat. At quia diuina præscientia præuenit rem ipsam futuram, & non solum fertur in præsentem, sed etiam in rem ipsam ab æterno futuram, & cum supponimus quidquam à Deo præsci, supponimus quoque ab æterno futurum, necin nostra situm est potestate, id quod futurum esse supponitur, non esse futurum: ideo nullo modo nobis liberam est, scientiam Dei, quam semel supponimus esse, impedire aut mutare. Nam si quidquam futurum non est, aut mutandum in tempore est; ab æterno futurum non est, aut ab æterno mutandum est, præscientia igitur Dei, quæ æterna est, & sequitur res etiam futuras, vt futura ab æterno esse dicuntur, non potest in tempore ab vno in aliud mutari si quidem ordine quodam rationis aut quasi naturæ iam à nobis explicato, exp̃ctat rei futurum euentum, & sicut futurus est, ipsam consequitur. Vnde etiam liquet manifeste nihil adimi libertatis

CAPVT VII.

arbitrio ex Dei præscientia, quæ omne tempus præcurrit, cum scientia, ordine quodam re ipsa futura posterior sit.

Tertio ex dictis infertur solutio rationis, quæ
probat *Aristot. 8. cap. lib. 1. de interpretatione*, vt
probat nullam propositionem singularem de
futuro contingenti esse veram, sed veram aut fal-
sam: vbi sic arguit, si aliqua esset vera, ab æterno
esset vera. Concedimus ergo eam ab æterno debe-
re esse veram, & necessariam, non necessitate præ-
cedenti, sed consequenti, quia omne futurum ne-
cessario est futurum, sicut præsens necessario est
præsens, vt enim aliquid semper sit verum, facit
hoc modo necessitate esse necessarium, sicut etiam
propositio de præterito semper est vera, & neces-
saria, non necessitate præcedenti ex causa, sed
consequenti rei positionem, tamen discrimen quod-
dam sit inter futurum, & præteritam rem, vt supra
cap. 4. exposui.

Quarto colligitur ex his præteritum, quæ supra cap. 4. notauimus non solum arbitrium liberum esse respectu futuri, vt facere possit aliquid, & non facere, verum etiam actionem præsentem, quia aliquis peccat, vere liberam esse, ita vt quando homo peccat, vere, & proprie dicatur libere peccare, quamquam enim non solum actio præsens, quatenus præsens iam est, non potest esse non præsens, quia esse & non esse simul non potest, sed etiam posita iam semel operatione præsentem non manet libertas, vt simpliciter illa non sit, in quo diximus æquam effractionem præsentis & præteriti, quod vtrobique iam potentia esset in actum reducta, & operatio non posset omnino reuocari, sed tantum pro futuro impediri, nihilominus in operatione præsentis, & præterita vera libertas saluatur, non quod liberum arbitrium prius tempore indifferens fuerit ad operationem præteritam, & similiter ad operationem præsentem: sed quia prius natura, quam operaretur actionem præteritam, aut præsentem, ita ex se liberum erat, vt posset operari, & non operari, ratione enim libertatis vere dicimus, Petrus libere fecit hoc, ait illud, & libere nunc faciet, non quia semel posita operatione maneat libertas, quia posset operationem omnino impedire (hæc enim solum respectu futuri manet, vt cap. 4. ex Anselmo notauimus) sed quia prius natura, quam esset operatio præterita aut præsens, poterat omnino non operari.

Quare cum de operatione præsentis sit sermo; non licet negare hanc propositionem: *Nunc homo libere peccat*, sicut neque illam, *Homo libere peccauit*. Nec hæcenus ex auctoribus legi aliquem, qui oppositum doceret, solum inueni Almainum qui c. i. Moral. acriter iniechitur in Okamum, quod dixerit voluntatem pro instanti præsentis non operari libere: & ex recentioribus nonnulli putant, in ea sententia Nominales aliquos fuisse. Cæterum, vt dixi nullus est, qui neget, operationem præsentem libere elici à voluntate, sicut etiam præteritam libere quoque elicitam fuisse: solum docet Okam in i. d. 38. q. i. ad præsens vt præsens est libertatem non esse, vt non sit, sicut neque ad præteritum: id quod etiam Almainus concedit quia quod est, quando est, necesse est esse, ac proinde liberum esse non potest, vt præsens simul præsens non sitin hoc enim libertas non consistit. Quod vero actio præsens libera sit relata ad præteritam, &

action

actio præterita similiter, non negat Okam; imo concedit ratione illa prædicta: quia scilicet prius naturam, quam operetur voluntas indifferens est ad utrumque. Consentunt cum Okamo in eius sententia sic explicata ipse *Almainus*, *Gregor.* in 1. d. 38. q. 1. art. 3. satis ante medium, *Gabr.* q. 1. art. 1. notatione 6. & 8. & art. 2. conclusionem 1. & 3. sed clarius in 2. d. 5. art. 1. not. 1. & art. 3. dub. ult. denique *Maiores* in 3. d. 18. q. 1. in fine ad 5. argumentum.

Gregor.
Gabr.

Maiores

Hugo, Victor.
Magist.
Holcot.

Quorundam
sententia ex-
plicitur.

Neque vero dissentiant *Hugo de S. Victore* in lib. 1. de Sacram. p. 5. cap. 22. *Mag.* in 2. d. 25. cap. 2. *Holcot.* in 1. q. 2. ad 9. nisi quod hi tres asserunt, libertatem solum referri ad futurum in tempore: quare cum dicunt, Petrum, qui nunc peccat libere peccare (id enim inficari non possunt neque negant) exultant, ideo nunc Petrum libere peccare, aut mereri quia tempore præcedenti, quod hoc præterit respiciebat ut futurum, indifferens erat voluntas: similiter de præterito docent: & ideo *Hugo in summa sententiarum tract. 2. cap. 2. & Holcot.* loco citato asserunt, Angelum in primo instanti sui esse, non potuisse peccare, quia in vno instanti solum non potest libertas consistere: sed non negant in quolibet instanti potuisse liberam esse operationem, si tempus aliquod præcessisset, ratione cuius indifferens fuisset voluntas.

36
Creatura in
primo instan-
ti sui ipsius
potest libera
operari.

Nos autem cum Okamo: *Gabr.* *Greg.* *Maiores* & *Almain.* libertatem operandi ex eo esse dicimus, quia voluntas ex se prius natura, quam intelligatur operari, indifferens est ad utrumque. Quare concedimus in primo instanti, quo creatura est, liberam esse ad peccandum, & non peccandum, & in eo instanti etiam optime posse libertatem eius salvari. Ergo omnes asserimus, in quolibet alio instanti præteritum, præter primum, liberam esse operationem, ut possit esse peccatum, vel meritum: nisi quod libertatem hanc ex diverso capite defendimus, & ideo de primo instanti, quo voluntas creatur, diversimode etiam sentimus, ut explicatum est. Patet igitur, ut initio diximus, nullum esse, qui neget eum, qui nunc peccat, libere peccare, tam si verum sit, cum qui peccat quando peccat, eo ipso necessario peccare, & hæc de præscientia futurorum dixisse sufficiat. Nam quod hic disputant *Caiet.* & alij. An si Deus necessario operaretur exterius, humana voluntas nihilominus libere posset operari, commodius examinabitur infra disp. 10. hæc enim questio potius ad Dei voluntatem, quam ad intellectum pertinet, de qua eo loco dicendum est.

ARTICVLVS XIV.

Vtrum Deus cognoscat enunciabilia.

93
Infra q. 16.
art. 5. primū
Et 1. d. 38.
a. 3. & 1. 4. 1.
a. 5. & 1. 1.
con. c. 58.
secundum & 1.
59. & vers.
q. 2. art. 7.

AD decimumquartum sic proceditur. Videtur quod Deus non cognoscat enunciabilia. Cognoscere enim enunciabilia conuenit intellectui nostro secundum quod componit & diuidit. Sed in intellectu diuino nulla est compositio. Ergo Deus non cognoscit enunciabilia.

2. Præterea: Omnis cognitio fit per aliquam similitudinem. Sed in Deo nulla est similitudo enunciabilium, cum sit omnino simplex. Ergo Deus non cognoscit enunciabilia.

Sed contra est, quod dicitur in *Psal.* 93.

Dominus scit cogitationes hominum. Sed enunciabilia continentur in cogitationibus hominum. Ergo Deus cognoscit enunciabilia.

Respondendo dicendum, quod cum formare enunciabilia sit in potestate intellectus nostri: Deus autem scit quicquid est in potentia sua, vel creaturæ, ut supra dictum est: necesse est quod Deus sciat omnia enunciabilia, quæ formari possunt. Sed sicut scit materialia immaterialiter, & composita simpliciter: ita scit enunciabilia non per modum enunciabilium, quod scilicet in intellectu eius sit compositio, vel diuisio enunciabilium, sed vnum, quodque cognoscit per simplicem intelligentiam intelligendo essentiam vniuersaliusque.

Sicut si nos in hoc ipso quod intelligimus quid est homo, intelligeremus omnia quæ de homine prædicari possunt. Quod quidem in intellectu nostro non contingit, qui de vno in aliud discurret propter hoc quod species intelligibilis sic representat vnum quod non representat aliud. Vnde intelligendo quid est homo, non ex hoc ipso alia, quæ ei insunt intelligimus, sed diuisim secundum quandam successionem. Et propter hoc ea, quæ seorsum intelligimus, oportet nos in vnum redigere per modum compositionis vel diuisionis enunciationem formando. Sed species intellectus diuini, scilicet eius essentia sufficit ad demonstrandum omnia. Vnde intelligendo essentiam suam cognoscit essentias omnium, & quæcumque eis accidere possunt.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si Deus cognosceret enunciabilia per modum enunciabilium.

Ad secundum dicendum, quod compositio enunciabilis significat aliquid esse rei. Et sic Deus per suum esse, quod est eius essentia, est similitudo omnium eorum, quæ per enunciabilia significantur.

Conclusio est, Deus cognoscit enunciationes omnes & compositiones, quæ intellectus humanus in seipso format sed sine ulla compositione, simplici solum intuitu sciat ea, quæ materia constant spirituali quoque modo intelligit. Hic erat assignanda ratio, ob quam cum Deus intelligat nostras enunciationes & discursus, non componat ipse, neque discurras, id tamen simul de Deo, atque de Angelis paucis ostendimus infra disp. 223.

ARTICVLVS XV.

Vtrum scientia Dei sit variabilis.

AD decimumquintum sic proceditur. Videtur, quod scientia Dei sit variabilis. Scientia enim relatiue

q. 1. c. 1. q. 1. q. 2. q. 3. q. 4. q. 5. q. 6. q. 7. q. 8. q. 9. q. 10. q. 11. q. 12. q. 13. q. 14. q. 15. q. 16. q. 17. q. 18. q. 19. q. 20. q. 21. q. 22. q. 23. q. 24. q. 25. q. 26. q. 27. q. 28. q. 29. q. 30. q. 31. q. 32. q. 33. q. 34. q. 35. q. 36. q. 37. q. 38. q. 39. q. 40. q. 41. q. 42. q. 43. q. 44. q. 45. q. 46. q. 47. q. 48. q. 49. q. 50. q. 51. q. 52. q. 53. q. 54. q. 55. q. 56. q. 57. q. 58. q. 59. q. 60. q. 61. q. 62. q. 63. q. 64. q. 65. q. 66. q. 67. q. 68. q. 69. q. 70. q. 71. q. 72. q. 73. q. 74. q. 75. q. 76. q. 77. q. 78. q. 79. q. 80. q. 81. q. 82. q. 83. q. 84. q. 85. q. 86. q. 87. q. 88. q. 89. q. 90. q. 91. q. 92. q. 93. q. 94. q. 95. q. 96. q. 97. q. 98. q. 99. q. 100.
tine dicitur ad seibile Sed ea, quæ impor-
tant relationem ad creaturam dicuntur
de Deo ex tempore, & variantur secun-
dum variationem creaturarum. Ergo sci-
entia Dei est variabilis secundum varia-
tionem creaturarum.

2. Præterea. Quicquid potest Deus fa-
cere, potest scire: sed Deus potest plura fa-
cere quam faciat. Ergo potest plura scire
quam sciat. Et sic scientia sua potest va-
riari secundum augmentum & diminu-
tionem.

3. Præterea. Deus sciuit Christum nasci-
turum. Nunc autem nescit Christum na-
sciturum, quia Christus nasciturus non est.
Ergo non quicquid Deus sciuit, scit. Et ita
scientia Dei videtur esse variabilis.

Sed contra est, quod dicitur Iacobi 1.
quod apud Deum non est transmutatio,
neque vicissitudinis obumbratio.

*Art. 1. huius
quæst.* Respondeo dicendum, quod cum sci-
entia Dei sit eius substantia, ut ex dictis
patet: sicut substantia eius est omnino
immutabilis, ut supra ostensum est ita
oportet scientiam eius omnino invariabi-
lem esse.

Ad primum ergo dicendum, quod
Dominus & creator & huiusmodi impor-
tant relationes ad creaturas secundum
quod in seipsis sunt. Sed scientia Dei im-
portat relationem ad creaturas secundum
quod sunt in Deo: quia secundum hoc est
vnumquodque intellectum in actu, quod
est in intelligente. Res autem creatæ sunt
in deo invariabiliter, in seipsis autem va-
riabiliter. Vel aliter dicendum est, quod
Dominus & creator, & huiusmodi impor-
tant relationes, quæ consequuntur actus
qui intelliguntur terminari ad ipsas crea-
turas secundum quod in seipsis sunt: & id-
eo huiusmodi relationes, varie de deo di-
cuntur secundum variationem creatura-
rum. Sed scientia & amor & huiusmodi
important relationes, quæ consequuntur
actus, qui intelliguntur in Deo esse. Et id-
eo invariabiliter prædicantur de Deo.

Ad secundum dicendum, quod deus
scit etiam ea quæ potest facere, & non
facit. Unde ex hoc quod potest plura fa-
cere quam facit, non sequitur quod possit
plura scire quam sciat, nisi hoc referatur
ad scientiam visionis, secundum quam di-
citur scire ea, quæ sunt in actu secundum
aliquod tempus. Ex hoc tamen quod scit
quod aliqua possunt esse quæ non sunt,
vel etiam non esse, quæ sunt; non sequitur
quod scientia sua sit variabilis: sed quod
cognoscat rerum variabilitatem. Si tamen
aliquid esset quod prius Deus nesciuit
scire & postea sciret, esset eius scientia va-
riabilis.

Vasquez in 1. part. Tomus I.

riabilis: sed hoc esse non potest: quia quic-
quid est, vel potest esse secundum aliquod
tempus, Deus in æterno suo scit. Et ideo
ex hoc quod ponitur aliquid esse secun-
dum quodcumque tempus, oportet po-
ni, quod ab æterno sit scitum a Deo. Et
ideo non debet concedi, quod Deus pos-
sit plura scire quam sciat, quia hæc pro-
positio implicat quod ante nesciuit, &
postea sciat.

Ad tertium dicendum, quod antiqui
Nominales dixerunt idem esse enuncia-
bile Christum nasci, & esse nasciturum
& esse natum, quia eadem res significa-
tur per hæc tria, scilicet natiuitas Chri-
sti: & secundum hoc sequitur, quod
Deus quicquid sciuit sciat: quia modo
scit Christum natum, quod significat
idem ei, quod est Christum esse nascitu-
rum. Sed hæc opinio falsa est. Tum quia
diuersitas partium orationis diuersita-
tem enunciabilium causat. Tum etiam
quia sequeretur quod propositio, quæ se-
me est vera, esset semper vera, quod est
contra Philosophum, qui dicit, quod hæc
oratio, Socrat. sedet, vera est eo sedente:
eadem falsa est eo surgente. Et ideo con-
cedendum est quod hæc non est vera,
quicquid Deus sciuit scit, si ad enuncia-
bilia referatur: sed ex hoc non sequitur
quod scientia Dei sit variabilis. Sicut
enim absque variatione diuinæ scientiæ
est, quod sciat vnam, & eandem rem
quandoque esse, & quandoque non esse,
ita absque variatione diuinæ scientiæ, est
quod scit aliquod enunciabile quando-
que esse verum, & quandoque esse falsum.
Esset autem ex hoc scientia dei variabi-
lis, si enunciabilia cognosceret per mo-
dum enunciabilium componendo & di-
uidendo, sicut accidit in intellectu nostro.
Vnde cognitio nostra variatur vel secun-
dum veritatem, & falsitatem: puta, si
mutata re eandem opinionem de re illa
retineamus. Vel secundum diuersas opi-
niones, ut si primo opinemur aliquem
sedere, & postea opinemur eum non se-
dere: quorum neutrum potest esse in
Deo.

Observationes circa doctrinam articuli.

Conclusio articuli est: *Scientia Dei variari non po-
test.* Sed circa titulum & doctrinam art. in pri-
mis obseruandum est, quæstionem solum esse de
scientia simplicis intelligentiæ, id n. ex toto articu-
li discursu colligitur. Probat vero S. Tho. conclu-
sionem duplici ratione; altera est in corpore art.
altera vero in solutione primi. Prior est huiusmo-
di: scientia Dei est eius substantia; hæc autem est
omnino immutabilis: ergo similiter scientia. Po-
sterior ratio; Deus cognoscit res, ut sunt in seipso,
ipse autem variari non potest: ergo nec cognitio,
quam

*Conclusio
S. Thom.*

65

*Duplex ratio
ratio.*

li

quam

*Abque in-
trinseca Deo
se mutatio
in eligiti
posset varia-
ri eius scien-
tia.*

57

quam habet de rebus. Neutra tamen ita efficax vi-
detur, ut omnino probet id, quod cõten-
dit S. Do-
ctor, primum enim cum dicimus Deum in seipso
cognoscere res, non debemus intelligere eas in
ipso esse formaliter, sed solum obiective: hoc est,
in ipso representari. Deinde licet scientia, quam
Deus habet de rebus, sit sua ipsius substantia; ad-
dit tamen respectum quendam rationis ad res
iplas, quem necessario connotat, quatenus dicitur
scientia. Itaque licet aliquis diceret scientiam Dei
variari, non necessario assereret, essentiam ipsam
Dei intrinsece mutari: sola enim mutatione respec-
tus rationis scientia ipsa mutari diceretur.

*Scientia possi-
bilis in Deo
connotat re-
spectum ra-
tionis ad illa.*

Porto autem scientiam Dei connotare respec-
tum rationis ad creaturas; sine quo non diceretur
scientia creaturarum, patet. Nam si nulla esset
creatura possibilis, non sequeretur per locum in-
trinsecum, Deum non esse, ut late ostendimus disp.
104. c. 6. maioris namque necessitatis est Deum
esse, quam possibile esse creaturas: ideo ex possi-
bilitate creaturarum essentia Dei nullo modo pen-
det: eo tamen supposito, Deus nullam haberet
scientiam creaturarum: ergo scientia creaturarum
non est idem omnino, quod essentia Dei, sed con-
notat supra essentiam relationem ad creaturas,
quæ cum realis esse non possit, ut disp. illa mon-
strabimus, sequitur illam esse rationis: ergo etiam
si ex sola variatione illius relationis scientia Dei
mutaretur, & diverso modo in Deo representa-
rentur creature, non sequeretur si aliqua in-
trinsecam mutationem in divina essentia: & mul-
to minus ex variatione scientiæ visionis quæ est de
futuris, sequitur aliqua intrinseca mutatio; liqui-
dem eadem essentia immutata maneret, si nihil
Deus ab æterno decrevisset creare, & tamen nulla
esset in Deo futurorum præscientia, nec in essentia
eius futura repræsentarentur: ergo non recte in-
fertur ex mutatione alicuius scientiæ Dei intrin-
seca aliqua in Deo mutatio.

*Variata sci-
entia visionis
non mutatur
Deus intrin-
sece.*

58

*Invariabili-
tas divina
scientia mon-
stratur.*

Nihilominus scientiam, quam Deus de possi-
bilibus habet, non posse mutari, alio modo evi-
denter monstrari potest: nam si aliqua ratione pos-
set variari, esset mutatione illius respectus rationis
ipsa enim essentia Dei in se mutari nequit: sed ille
respectus variari non potest: quoniam fundamen-
tum illius, quo posito statim confurgere dicitur,
est ipsa essentia Dei, & creature possibile, hoc
autem fundamentum deficere nequit: ergo nec res-
pectus, ille mutari: quæ cum non possunt crea-
tura non esse possibile, non possunt à Deo non
esse cognitæ. Ex quo etiam colligitur, magis ne-
cessario Deum esse Deum, & ea, quæ intra ipsum
sunt ei convenire, quam ab eo sciri creaturas pos-
sibiles: scientia enim non est sine illo respectu ra-
tionis ad creaturas, nec magis necessaria, quam
illæ creature autem minus necessariae sunt, etiam
sub esse possibili quam ipse Deus. Ex quo quidem
principio per se per se deducemus disp. 144.
verbi processionem; quæ intrinsece Deo conue-
nit; nullo modo tanquam ex principio pendere ex
creaturis sub esse possibili, nec verbi productio-
nem per se primo ille scientiam creaturarum, sed
consequenter, & secundarie ad eas terminari.

*Scientia vi-
sionis cur in-
variabilis.
S. Thom.*

Præterea, licet S. Thom. non reddat rationem
quare futurorum præscientia, quæ dicitur scien-
tia visionis in Deo mutari non possit, optima ta-
men colligitur ex ijs, quæ superius dicta sunt,
non quia hæc præscientia Dei mutaretur, sequeretur

aliqua intrinseca in Deo mutatio; nam hæc varia-
tio præscientiæ intelligi posset ex sola mutatione
respectus rationis, ut enim diximus disp. 68. c. 6. &
probabitur disp. 80. actus præscientiæ Dei non est
operatio aliqua elicita ab ipsa divina essentia, sed
est ipsa substantia Dei, addito solum respectu ra-
tionis ad creaturas futuras, quo deficiente, iam
non esset præscientia, ergo sicut si ab æterno nulla
esset futura creatura, nulla esset in Deo præscientia;
Dei tamen substantia & essentia eodem modo ef-
ficeretur, atque nunc est, licet etiam, si aliquid non obstatet,
posset in tempore mutari respectus rationis, ac
proinde variari præscientia, nulla in ipso Deo in-
trinseca mutatione facta.

Ratio igitur, ob quam præscientia variari non
potest, vel sola variatione respectus rationis, ea
est, quia si posset mutari respectus, deberet muta-
tio fieri in tempore, ac proinde deberet in tempo-
re incipere respectus ad res futuras, qui ab æterno
non esset, vel contra, qui fuit ab æterno, in tem-
pore cessare deberet, atque hoc nulla ratione fieri
potest, ergo nec præscientia Dei in tempore mu-
tari: sed si est ab æterno, sine variatione permane-
re debet, id vero fieri non posse probatur. Quo-
niam, ut dictum est disp. 66. omnis propositio de
futuro, aut est determinate vera, aut determinate
falsa, & ideo omnis res, quæ vere futura al quo
tempore est, ab æterno futura est & quæ non est fu-
tura, ab æterno futura non est, quare fieri nequit,
ut aliquid in tempore incipiat esse futurum, aut
non esse futurum: omne autem quod vere futurum
est, eo ipso refertur ad intellectum Dei, ut intelli-
gibile, & quod non est futurum, ut non intelligibi-
le, ergo ab æterno futurum & non futurum ad in-
tellectum Dei hoc modo refertur, cum nunc in-
tellectus Dei infinitæ virtutis sit, amplectens omne
intelligibile, & ferri nequit, ut in id quod intelli-
gibile non est, sit, ut insufficient sit fundamentum in
intellectu Dei, & in re futura, ut ab æterno cogno-
scatur, & in re non futura, ut non cognoscatur, quod
si alter in tempore fieret, iam ab æterno aliquid di-
vinitum intellectum latuisset, aut falso ab eo cogno-
tum fuisset. Idcirco si intellectus Dei aliquid dicitur
intelligere, non potest non ab æterno illud in-
tellegere, quare intellectum eius immutabilem
esse necesse est. Itaque quævis variari possit aliquis
respectus rationis in Deo, ut relatio creatoris, &
Domini, & relatio, quam præscientia connotat,
potuisset ab æterno Deo non convenire, si nihil ab
æterno fuisset futurum, ut d. 68. c. 6. notavimus, ni-
hilominus, si semel supponimus aliqui esse futu-
rum, non potest relatio illa scientiæ visionis inci-
pere in tempore aut variari, quia fundamentum
illius, quod est res futura, & infinitas intellectus
Dei æterna sunt. At respectus creatoris, & Domini
fundatur in actione, quæ transiit, & in tempore
incipit, & ideo nec est æterna, nec immutabilis.

Nihilominus hæc solum ratione variari potest
relatio illa scientiæ visionis per ordinem ad enun-
tiationes diversas, ut docet S. Thom. in solut.
quia præscientia tantum dicitur, quamdiu res fu-
tura est: ea tamen præsentia, aut præterita, non di-
citur præscientia, sed scientia visionis, ergo hæc
scientia, quæ dicitur visionis, est omnino immu-
tabilis, quæ supra scientiam simplicis intelligentiæ
solum addit respectum rationis ad rem cum exi-
stentia, siue illa futura sit, siue præsens, siue præte-
rita. Et cum Deus rem intelligat pro qualibet dif-
ferentia

59

60

*Respectus
creatoris, &
Domini con-
notabilis in
Deo ali-
qua ratione.*

*Quæ præ-
sentia præ-
terita cognita
& simpliciter
intelliguntur.*

ferentia temporis, sicut est, in ratione scientiæ non dicitur mutari: nam scientia tunc mutari dicitur, aut quando non scitur, quod sciebatur, aut quando scitur oppositum: Deus autem licet non semper præcise dicatur, semper tamen dicitur scire rem hanc, aut illam hoc tempore futuram, illo vero tempore præsentem, atque alio præteritam: & ita perpetuo eadem scientia in Deo perseverat: quia semper est idem fundamentum in obiecto, & virtus in intellectu, ut idem intelligere dicatur. Mito multa alia, quæ notat Cai. circa solut. 1. quæ enim hæcenus dicta sunt, ad huius difficultatis explicationem sufficiunt.

Postremo observandum est, cum dicimus scientiam visionis æternam, & omnipotentiam, aliaque huiusmodi attributa connotare respectum rationis ab æterno, non essentialiter intelligendum, ut ab æterno per intellectum nostrum actu conveniat talis respectus, neque per diuinum, quia ut dicemus infra disp. 18. intellectus diuinus non format has relationes, & respectus rationis. Sed ideo dicimus hæc attributa à nobis significari cum respectu rationis æternæ, quia intellectus noster inuenit æternum in re ipsa fundamentum, unde ita relata concipiat, & nominet hæc attributa: an vero in Deo sit relatio ex tempore ad creaturas diximus q. 13. art. 7. sed verum sit relatio aliqua realis æternæ ad eandem creaturas, an non dicemus disp. 104. c. ultimo.

ARTICVLVS XVI.

Verum Deus de rebus habeat scientiam practicam.

AD decimum sextum sic proceditur. Videtur quod Deus de rebus non habeat scientiam speculatiuam. Scientia enim Dei est causa rerum, ut supra ostensum est. Sed scientia speculatiua non est causa rerum scitarum. Ergo scientia Dei non est speculatiua.

2. Preterea. Scientia speculatiua est per abstractionem à rebus: quod diuinæ scientiæ non competit. Ergo scientia Dei non est speculatiua.

Sed contra omne quod est nobilius Deo est attribuendum, sed scientia speculatiua est nobilior quam practica, ut patet per Philosophum in principio Metaphysic. Ergo Deus habet de rebus scientiam speculatiuam.

Respondeo dicendum, quod aliqua scientia est speculatiua tantum, aliqua practica tantum, aliqua vero secundum aliquid speculatiua, & secundum aliquid practica. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod aliqua scientia potest dici speculatiua tripliciter. Primo ex parte rerum scitarum, quæ non sunt operabiles à sciente sicut est scientia hominis de rebus naturalibus, vel diuinis. Secundo, quantum ad modum sciendi, ut puta, si edificator consideret domum definiendo & diuidendo & considerando vniuersalia prædicata ipsius. Hoc siqui-

Valquez in 1. part. Tomus I.

ARTIC. XVI.

375

dem est operabilia modo speculatio considerare, & non secundum quod operabilia sunt. Operabile enim est aliquid per applicationem formæ ad materiam, non per resolutionem compositi in principia vniuersalia formalia.

Tertio quantum ad finem. Nam intellectus practicus differt sine à speculatiuo, sicut dicitur in 3. de anima. Intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis: finis autem intellectus speculatiui est consideratio veritatis. Unde, si quis edificator consideret qualiter posset fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis, sed ad cognoscendum tantum, erit quantum ad finem speculatiua consideratio, tamen de re operabili. Scientia igitur, quæ est speculatiua ratione ipsius rei scitæ, est speculatiua tantum. Quæ vero speculatiua est secundum modum vel finem, est secundum quid speculatiua, & secundum quid practica. Cum vero ordinatur ad finem operationis, est simpliciter practica. Secundum hoc ergo dicendum est, quod Deus de seipso habet scientiam speculatiuam tantum, ipse enim operabilis non est. De omnibus vero alijs habet scientiam & speculatiuam & practicam. Speculatiuam quidem quantum ad modum. Quicquid enim in rebus nos speculatiue cognoscimus definiendo & diuidendo, hoc totum Deus multo perfectius nouit. Sed de his, quæ potest quidem facere, sed secundum nullum tempus facit, non habet practicam scientiam, secundum quod practica scientia dicitur à fine. Sic autem habet practicam scientiam de his quæ secundum aliquod tempus facit. Mala verò licet ab eo non sint operabilia, tamen sub cognitione practica ipsius cadunt, sicut & bona, in quantum permittit vel impedit vel ordinat ea, sicut & agritudines cadunt sub practica scientia medici, in quantum per artem suam curat eas.

Ad primum ergo dicendum, quod scientia Dei est causa, non quidem sui ipsius, sed aliorum. Quorundam quidem actu, scilicet eorum, quæ secundum aliquod tempus sunt. Quorundam vero virtute, scilicet eorum, quæ potest facere & tamen nunquam sunt.

Ad secundum dicendum, quod scientiam esse acceptam à rebus scitis, non per se conuenit scientiæ speculatiuæ, sed per accidens, in quantum est humana. Ad id vero, quod in contrarium obijcitur dicendum quod de operabilibus perfecta scientia non habetur, nisi sciatur in quantum

*Lib. 3. de ami.
lex. 49. 10. 2.*

rum operabilia sunt. Et ideo cum scientia Dei sit omnibus modis perfecta, oportet quod sciat ea quæ sunt à se operabilia in quantum huiusmodi & non solum secundum quod sunt speculabilia. Sed tamen non receditur à nobilitate speculatiuæ scientiæ, quia omnia alia à se videt in seipso: seipsum autem speculatiue cognoscit, & sic in speculatiua sui ipsius scientia habet cognitionem & speculatiuam, & practicam omnium aliorum.

Summa articuli est, *Deus de seipso habet scientiam speculatiuam, non practicam: de alijs autem rebus practicam, & speculatiuam: de possibilibus quidem, quæ nunquam erunt, speculatiuam: de ijs vero, quæ aliquando erunt, practicam.*

DISPVTATIO LXIX.

Circa doctrinam Articuli.

Quid senserit Scotus, cap. 1.

Vera sententia, cap. 2.

CAPVT I.

Quid senserit Scotus.

Facilis esset iuxta definitionem Philosophi tota doctrinam huius art. nisi Scotus eam nobis diffi-lem reddidisset. Ideo prius referam eius sententiam, deinde ex ijs, quæ tradidi supra disp. 8. paucis explicabo, quid in hac re dicendum sit. Primum igitur Scotus in q. 4. prologi §. Si obijciatur contra hoc, ad 4. argumentum putat probabiliter posse defendi, scientiam, quam Deus de se habet, esse practicam, non quod sit de opere aliquo faciendo, sed quia præcedit affectum, ipsumque mouet: sicut eadem ratione aliqui idem opinantur de visione clara qua Deus à Beatis videtur: sed tandem in ea q. §. Si obijciatur, versiculo *Licet hæc*, putat probabilius esse, scientiam, quam Deus de se habet, non esse practicam: tamen si moueat affectum quia ex eius sententia, ut esset practica, deberet esse regula voluntatis diuinæ: scientia autem, quam Deus habet, non potest esse regula voluntatis Dei, quia voluntas Dei ex se regula est suarum operationum, ergo non habet rationem scientiæ practicæ.

Deinde docet Scot. in ea q. §. Tertius articulus, nullam scientiam, quam Deus habet de alijs rebus practicam esse: idque probat eadem ratione, quia scilicet intellectus non est regula diuinæ voluntatis in productione aliarum rerum, sed ipsa sibi regula est. Id ipsum docuit in t. d. 38. q. 1. alia tamen ratione: quia videlicet ad rationem practicæ notitiæ pertinet dictare voluntati, aut proponere aliquid faciendum: nulla autem cognitio Deo proponit hoc modo quidquam faciendum: ergo nulla cognitio in Deo practica est. Porro nulla cognitione hoc modo proponi Deo faciendum, probat Scot. Si n. aliqua cognitio ita dictaret, præcederet sane naturaliter omnem actum voluntatis: ac proinde non posset voluntas non velle id quod intellectus ita proponeret: ergo necessario Deus voluisset facere quæ fecit, quod est absurdum. Quod vero, si cognitio naturaliter præcederet, non posset voluntas illam non sequi, non probat Scotus, posset autem hoc modo suaderi. Nam si intellectus Dei, qui decipi non potest, vltima resolutione tantum bonum proponeret, Petrum iustificare:

CAP. I. & II.

quantam ratione posset voluntas intellectui repugnare: Adde quod iudicium illud naturaliter præcedens omnem actum voluntatis non potest in Deum conuenire: non n. videtur maior ratio, ob quam Deo proponatur, ut bonum, Petrum iustificare, quam non iustificare, aut potius Petrum, quam Ioan. Constat autem Deum voluisse potius vnum, quam aliud: ergo non ex iudicio proponente, sed ex sua solum voluntate sic esse decreuit.

CAPVT II.

Vera sententia.

Tamet si dissensio sit vocum, non rerum, cum agitur de practico, aut speculatio: verum, ut notam supra disp. 8. nomina hæc, *practicum & speculatiuum*, sicut & cetera omnia, quibus Theologi & Phil. vtuntur, non sunt nobis vitæ panda prout libet, sed iuxta communem apud ipsos significationem. Quod si, ut dixi eo loco, practica cognitio eo dicitur, non quod moueat affectum, aut sit regula operationis eius, hoc enim accidentarium ipsi videtur: sed ex eo, quod sit de opere aliquo faciendo, & tanquam principium illius: consequitur manifeste primum scientiam, quam Deus de se habet non esse practicam: quia non est de opere faciendo: efficitur præterea, scientiam quam Deus habet de alijs rebus, esse practicam, & speculatiuam: illa enim speculatiua est, quam habet de rebus possibilibus, quatenus consideratur à nobis per modum solius speculationis. Nam quamuis sit de opere aliquo, tamen hac ratione non est de illo ut faciendum est, nec tanquam principium dirigens cum ipso comparatur: illa vero, quæ est de ipsis rebus prout fieri possunt, vel aliquando futura sunt, per modum principij dirigentis practica est. Porro scientia futurorum bifariam potest considerari, primum quatenus refertur ad res secundum suam essentiam possibilem, antequam sint futurae, per modum cuiusdam dictaminis & propositionis, qua dicit intellectus, hoc, & illo modo rem illam esse faciendam, & hoc modo practica est. Deinde prout respicit ipsas res iam futuras, & dicitur scientia visionis, atque hæc omnino speculatiua est: supponit enim iam res ipsas futuras, nec villo modo est principium earum: quocirca disp. 68. c. 6. diximus, hanc scientiam visionis esse non posse simul practicam, & speculatiuam, sed speculatiuam tantum: hoc autem modo sumendum esse practicum eo loco superius citato ex professo probauimus: ideo hæc nunc dixisse sufficiat.

Sed rationes Scoti diluere necesse est. Primum quod spectat ad scientiam, quam Deus de se habet dicimus non esse practicam, etiam si moueat affectum, non quia ratio in Deo proponens obiectum non sit regula bene operandi: nam neque in nobis ratio ipsa est regula proxima, ut ostendimus 1. 2. quæst. 19. a. 3. sed ipsamet natura rationalis ut rationalis est, ratio vero proponens est solum regula posteriori, ut ibi dicemus; & tamē in nobis nullus negat esse plures notitias practicas: sed ideo scientia, quam Deus de se habet, practica non est quia non est de opere faciendo, id quod ad rationem practicæ notitiæ requiri supra disp. 8. notauimus. Quod autem moueat affectum parum refert: nam speculatiua etiam, cum rem bonam considerat, quæ non est opus aliquod faciendum, ad amorem illius mouere potest: practica enim, ut eo loco probauimus solum est de opere aliquo faciendo.

Prior pars
sententiæ
Scot.

Posterior
pars eius
sententiæ.

Fundamen-
tum Scoti.

2

3
Scientia dicitur
de se ipso
rebus possi-
bilibus speculatiua.

Prior pars
sententiæ
Scot. contraria.

4